Quoniam tu es Qui eripuit genus bũanum cui non erat adiutor de ptãte diaboli et mẽbrorum qui naturaliter fortiores sunt homine. et idem genus humanũ egenum sapientia et pauperem virtutibus eripuit a potestatibus tenebrarum quaꝝ tanta est potestas vt possent diripere pauperes tuos nisi tu adiuues.

Surgentes testes iniqui sicut ꝓncipes iudeorum ꝛ inducti ab eis interrogabãt me vt possent extorquere aliq̃d verbũ aut factum dignum reprehensione q̃ scientia approbationis ignorabã. i. q̃ nunq̃z sciuissem facere.

Be ipsoꝝ ingratitudine subiungens ait. Retribuebãt mihi mala ꝓ bonis facultã in veteri testamento q̃z in nouo. ego attuli eis vitam. ipsi mortem retribuerũt. ego bonores ipsi contumelias. ego medicinaz ipsi vulnera. cum tamen cibus meus esset fidel

et salus eorum.in omnibus bis retribuebāt sterilitatē anie mee q̄ in eis fructū fōi reperire non potui.

Illi retribuebāt mihi mala Ego autē cuz mihi molesti essent et in me seuirēt in indut⁹ cilicio carnis bumāe sīlis alijs bominib⁹ nō exercui potētiā diuinitatis in eos sz magis quasi vn⁹ de pctōrib⁹ reputat⁹ oia patienter sustinui

Affligebar in aia mea ieiunio eo q̄ nulla bona opera in iudeis inuenirē q̄ in epulas spūales assumerē q̄ tamē esurieba ⁊ sitiebā salutez eoz et nibilominꝰ oratio mea exq̄ detestabiles iudei suscipere nō merent in secretū pectoris mei vnde fuerat egressa remeabat.

Licet mibi molesti forēt iudei.ego tū. Sic mibi cōplacebā in eis babendo me ad eos sicut ad primū et sicut ad fratrē quādo eos docebam ne delinquerēt q̄n pipsis in cruce positus supplicabā et tū cū nollent querti ego sic bumiliabar quasi pat lugēs filiū et cōtristatus de morte filij mei sic affligebar de ptione eoz. His nō obstātibꝰ ipsi iudei inḡti ⁊ maliuoli impia libertate letati sunt in bis que mibi aduersa fuerunt cōuenerūt in vnā prauā volūtatem vt me cōpbensū crucifigerēt parata sūt super me varia tormēta et ignorabā quare boc mibi faciebāt.quia.s.nō prome rui.

Bissipati sunt.i.dissoluti et attoniti visis miraculis in passione dñi.sol tenebras accepit.terra tremuit.velū tēpli scissū est.nec tamē pre duricia cordis cōpūcti sunt de sua iniquitate ad penitētiā.sed temptauerūt me dicentes si filius dei es descende nunc de cruce et subsannauerūt dridētes me dicentes vah q̄ destruis tēpluz ⁊ in trib⁹ diebus reedificas illud.et cetera frenduerūt super me dentibus suis ferino ⁊ bestiali more in me seuiētes.

Hec mibi illi faciunt.sed o Domie quādo respicies me oculo tue pietatis et misericordie vt me resuscites.oro nō diu differas.sed restitue tertia die animā meam corpori meo,ppter malignitatē iudeorum qua morte volunt cōcludi et detineri et a supbia eoz q̄ vt leones seuiūt libera vnicā meam.i.carnem meam que licet sit similis alioz bominū carni.vnica tū dicitur quia de virgine.q̄a sine peccato.q̄a vnita filio dei.

Restitue dico animā meā et si ℟ feceris Laudabo te gratias agēs in eccia magna que de omnib⁹ gētibus collecta est et in populo graui ponderatū virtutib⁹ ac grauē et bonestū bonis operib⁹ et stabili p virtutem quē nō mouet vētꝰ temptationis laudabo te.

Non supergaudeāt mibi non letent super me qui aduersantur mibi inique. quasi victores.q̄ facerent nisi mortu⁹ resurgerem q̄ oderūt me sine causa et annuunt oculis nutibus et signis me diligere simulantes vel alios cōcitantes ⁊ puocātes ad derisionē mei.

Vere annuūt mibi oculis vt ypocrite ostēdentes nepbāda dolositate vultu ⁊ verb q̄ non babent in corde. Quoniā mibi quidem pacifice loquebantur dicētes magister scim⁹ q̄ verax es ⁊ viā dei in veritate doces ꝛc.bec et silia vba pacifica sunt.sz sub adulationis figura dolū ptinebāt et in ira cundia graui quā de terza nō perdenda habebāt.s.ne perderēt locum et gentē loquentes dolos cogitabāt quomodo me occiderent

Et dilatauerūt in passiōe super me os suum non tam annuentes oculis sed libera et aperta voce morte inclamātes crucifige crucifige eū.o celeste facinus.negauit tu der fieri q̄ ps clamabat impleri.plequenter in ipsa morte dixerunt insultando ⁊ irridendo euge euge iam viderunt oculi nostri facta tua et mirabilia q̄ nibil sunt aut dolosa.vidim⁹ iam q̄ de te desideraui-mus efficere vt suasor plebis cū latronibus in cruce pēderes.

Vidisti domie ipietatē eoz q̄ crudles sint illi mibi.vidisti eoz neq̄ciā ⁊ meā innocētiam.et ideo ne sileas sed pfer sētētiā ne discedas a me in passione subtrabendo mibi auxilium.

Nō discedas a me dñe sctē pater. sed potius
Exurge ostendendo potentiā tuā q̄ dormi
re videris dissimulādo et intēde iudicio
q̄ iudicat⁹ sū a iudeis et ꝓsidera q̄le iudiciū
sit. iudiciū sine iure. tormēta sine scelere. mor
tem sine peccato domīe de⁹ me⁹ intēde
in causā meā p qua patior q̄ pia est. q̄a p
redēptione humani generis patior et mor
ior nō p peccatis meis.
Judica me sm iusticiā tuā que non
cōdēnat innocentes sed impios. ⁊ ostende
me iustum et innocētē faciens me tertia die
resuscitari et nō super gaudeāt mihi q̄
si victores in causa q̄ gaudēt me cōprehēdis
se et mortiferā dixisse
Dico insuper. Nō dicant in cordib⁹ suis
euge euge anime nostre. i. bene bñ ē no
bis. q̄a fecim⁹ q̄d volum⁹. occidim⁹. ostēde
eis me tertia die resuscitādo q̄ nihil fecerit
et vt ne gaudeāt dicentes deuorauim⁹ et
extinxim⁹ nomē eius
Sed potiꝰ in clarificatōne resurrectōis mee
Erubescant tanq̄z frustrati intentiōe sua
pessima timeāt oēs siml' penā et repenti
nū interitū qui gratulātur mal' meis.
Induātur cōfusiōe ⁊ et erubescētia
siue timore ex oī pte qui maligna loquū
tur super me
Ecōtra orat xp̄s p fidelib⁹ adherentib⁹ sibi.
dicens. Exultent exterius et letētur inte
riusꝰ qui volūt iusticiā meā imitari et di
cāt sēper magnificetur dom⁹ qui di
ligūt pacē quā ego p̄u⁹ di posui mea mor
te inter deū et hominē
Et lingua mea. i. sancti mei p̄ās q̄si ꝓpp
am linguā meas in ecclīa denuncio volū
tates meditabitur iusticiā tuā nouaz le
gē p̄dicando et tota die p̄ntis vite te lau
dabilem in ecclesia annunciabit.

Psalmus. XXXV. in quo ostendi
tur mala nobis. bona vero attribu
enda esse deo

Duo sunt genera peccantiū vnuz
q̄d credens legi per infirmitatem ta
men carnis que sunt iussa legis non
cōplet. Aliud est genus peius. s. au
dax q̄d sibi ꝓponit libera mente pec
care. et de isto ꝓpheta loquēs ait

Dixit iniustus.
id est deliberauit ⁊ statuit ī
corde suo et decreuit apō
se vt ōlinquat vt semp pec
cet obduratū cor habēs. et hoc ideo q̄ non
est timor dei. q̄ est frenū peccāti ante o
culos eius.
Et hoc patet. Quoniā dolose egit in cō
spectu eius. q̄a cū sciret deum omnia vi
dere. timore tamen eius postposito ⁊ lege eius
contēpta deliberauit in corde suo peccare.
quare cū propria voluntate nullo impellen
te peccet iniquitas eius odio habetur
apud deū ad vindictā sempiternā
Verba oris iniusti siue iniqui. s. Jude
vel hereticī cuiuslibet plena sūt iniquita
te q̄ ad ꝓxa mala et dolo quo ad occulta
et ꝓ ideo. q̄a noluit intelligere vt bene
ageret sed a vero intellectu suo vicio decli
nans puersis moribus polluit. ⁊ ideo veniam
non meretur.
Iniquitatē lōga deliberatōe meditatus
ē in secreto cordis sui. dedit se studiose
oī generi pcti malicia aūt oim criminū
matrē nō odiuit sed dilexit.
Propha ostendēs bona oia a deo eē inq̄t.
Dominē in celo. i. celestib⁹ viris specialiē est
misc̄ia tua vbi copiosius dona a te ema
nauerūt. ⁊ eni bonū q̄d bñt vt. s. sint celestes
viri altitudine ꝓtēplatiōis. nobilitate ꝙuer
sationis et sctimonia vite nō est a bonis. sz a te
silr a te est q̄ ꝑfectior noticia veritatis ve
niat per reuelatōez ad doctores per
quos tanq̄z per nubes pluētes vbis
corruscātes miracul' imbrē salutis emittis vt
fideles fructū dēt fidei q̄ steriles fuerant ari
ditate peccati. Justicia tua. i. iusti tui. ⁊ ma
xīe apli q̄ capaces diuine iusticie deuo
tis vtilib⁹ extiterūt sicut mōtes dei q̄ a sol'
ortu radios noue lucis excipiūt ⁊ ad quales
terras refusa claritate trāsmittūt iudicia q̄
bus boz miserēris et bos excecas sūt incō
prehēsibilia et inscrutabilia ad modū abissi

Sub tua puidentia est stat⁹ tã hominũ electorum q̃z reprobor̃.

Saluabis bos. s. reprobos salute corporali tantũ nature necessaria cõmuniẽ puidendo. electos vero spũaliter animas eor̃ saluando. o deus quemadmodũ multiplicasti misericordiã tuã i. q̃z incõprehensibiliter et mirabiliẽ mltiplicasti. Filij hominũ vo rationabiliter viuẽtes specialiter in ptectione speciali tua sperabunt se recepturos eterna bona que alarum tuar̃ id est veteris et noui testamentor̃ testimonijs describunt.

Merito sperabũt iusti in ptectione tua q̃niam abundanter et deliciose reficis eos.

Inebriabuntur. i. satiabunt enim sine fastidio ab vbertate domus celestis glorie et torrente copiose delectationis tue potabis eos.

Nõ facere poteris orãe Quoniam apũd te est fons vite indeficiens et in lumine glorie tue eleuati ⁊ confortati videbim⁹ lumen tue diuinitatis.

Protende et longe lateq̃z diffunde misericordiã tuã recte in corde firmissimo credentibus vt in isto seculo sub dñi pietate degant et iusticiã. i. vite rectitudinem his qui dirigũt se ad voluntatẽ tuã vt qđ bene volunt pficiant.

Protende dñe misericordiã tuã vt Nõ veniat mihi pes superbie superba affectõ nulla mentis elatio mihi surrepat et mã⁹ peccatoris. i. dyaboli impulsio siue tẽptatio non moueat me a statu rectitudinis et salutis.

Bene dixi ñ veniat mihi pes supbie q⁹ Ibi ceciderunt quasi de alto in profundã foueam corruentes oẽs qui operantur iniquitatem. omnes enĩ superbie vicio cadũt qui dñi iussa contemnũt vt ꝑmus angelus et ꝑmus homo qui expulsi sunt angelus de celo et homo ꝑmus ẽ paradiso nec potuerũt stare quia dñs expulit eos cui nemo resistere potest.

Psalmus. XXXVI. in quo ostenditur psperitas malor̃ contemnẽda

Fuerunt qui murmurabant de flore malorum et labore bonorum quasi omnia casu regantur. Cõtra hũc errorem occurrit pphęta inquiens.

Noli inuidere malẽ agentib⁹ in suis operibus vt eadẽ facias aut inuidere psperitati eor̃ vt illam cõcupiscas nec amaueris facientes iniquitatẽ sequẽdo eor̃ cõuersationem. quia licet eorũ natura sit diligenda. iniquitas tñ eor̃ odio habẽda est. Ideo ne emuleris Quoniã tanq̃z fenum glia et psperitas malor̃ velociter arescet et quemadmodũ viriditas herbarum cito decident quasi diceret breuiter durabit sicut ista breuiter durãt.

Noli ergo vir iuste malorum psperitati inuidere. sed Spera in domino hoc introitus fidei. hoc initium salutis est et fac bonitatem quia fides sine operibus mortua est et inhabita per cõfessionẽ fidei ecclesiam non recedẽdo ab ea et pasceris ad saturitatẽ et suauitatẽ perennẽ in diuitijs spiritualibus eius quarũ thesaurus ẽ ipse xp̃s cuius beata visio est eterna sctor̃ oĩum refectio.

Delectare ergo nõ in desideriis carnis ñ in reb⁹ trãsitorijs seculi. sz in domino pone oẽm delectationẽ et dulcedinẽ ac desideriũ mẽtis tue in eo cõstitue. vt suauis sit tibi recordatio ei⁹. vt ames quẽ times spreta mũdi iocũditate et dabit tibi petitões cordis tui. q̃s. s. spũs rationalis petit. i. bona gr̃ie et virtutis. Quas vt det Revela explica in oratione tua viã tuã desiderium tuũ domino indica qđ pateris qđ velis directionẽ ei⁹ petendo et cõfide in eo q̃ re⁊tribuet tibi et ipse faciet illud qđ speras et confidẽdo expectas.

Facit qđẽ q̃niã Educet in publicũ opera iusticie tue quasi lumẽ alijs in exemplũ vtutis ⁊ que s. m habitũ iusticie tue iudicas facienda faciet psperari vsq̃z ad pfectionẽ iusticie debitã sicut ascẽsus solis pficitur in meridie ⁊ faciet clara et laude dig̃

in conspectu hominū sicut meridiē que est clarior pars diei. interim vo subdit⁹ esto deo ei humiliter et deuote seruiēdo et ora eū p te pie et pseueranter et pseqris intētuz Noli indignari in hoīe qui ꝓsperatur in mundo isto vt velis imitari eū nō te terreat impij felicitas qa breuis est. noli etiam imitari hoiem facientē iniusticias plequētē iustos libere et impune lz videat prosperari in malicia sua.

Sed tu desine abira ne irascaris de flore malorum qa inde iracsci et indignari est ꝯ dñm murmurare z ꝓpe blasphemare et ō relinque indignatiōz noli indignari de ꝓsperitate malorū vt cōformes te eis mala faciendo.

Quoniā qui mali sūt et si modo floreāt pjcientur tamē in futuro extra terminos terre viuētū sustinētes aūt. i. q aduersa ferūt et pūcta despiciunt ꝓpter dominū q̄ non fallit et omnia potest ipsi hereditabunt terrā viuentiū.

Sustinentiā aūt istā non longissimā putes q̄niaz Adhuc pusillū. i. parum tēporis restat. non ergo tedeat te et nō erit impius p q gemis subtract⁹ de medio et queres felicitatē ei⁹ et non inuenies. quia euanuit

Mansueti aūt qui patienter expectāt bñplacitū dñi q cor suū in puritate possident hereditabūt terrā viuentiū et delectabūtur in multitudine superne pacis q est pfecta vbi nulla guerra nulla sedicio nulla discordia sed reqes opulenta.

Tūc in futuro erit par iustis. sed nec belluz q̄niā Peccator dolēs de bono vtutis iusti obseruat occultis insidijs si aliqd possit habere cōtra eū siue vt capta oportunitate eū alliciat ad ꝓsimilē vitā. et si non ꝑt allicere motus adirā stridet super eū dētibus malicie vt furēs belua vt quez nō pōt subuertere conat occidere

Peccator autē sic faciet. sed Dominꝰ faciet et ostendet eū irrisibilē et dignum obprio iudicabit. qa ab intento fraudabit euz quoniā pspicit q̄ veniat dies retributionis ei⁹.

Aperito dñs irridebit tales. q̄niā Gladiū multiplicis psecutionis manifeste euaginauerūt peccatores aduersus sctōs et q̄ sic non pficiūt intenderūt arcum suū. i. dolos qbus occulte noceāt.

Intenderūt arcū Vt decipiāt dolis pauperē xpi et būilez spū z euaginauerunt gladiū vt trucident ꝓstantes et firmos in fide xpi vt martyres q̄ recti sūt corde

Gladius eoꝝ intret in corda ipsorū. id est moriant morte quā alijs parauerunt et dolus et insidie eoꝝ siue potestas nocendi frustrentur ne valeāt adimplere qō male cupiūt. Bene dictum est superius noli emulari in bono q ꝓsperat in rebus huius seculi Quoniā meli⁹ est modicū iusto cū iusticia q̄z multa in peccato melior enim est paup cū timore dei q̄z thesauri magni. Vere melius est Quoniaz brachia. i. potestas et fortitudo qb⁹ impij presumūt cōterentur in futuro et diuitie in quibus cōfidebant iustos autez cōfirmat dominꝰ ne abono virtutis moueāt in prosperis vel aduersis.

Confirmat autē iustos dñs Quoniā noui dominꝰ noticia approbationis opera virtutū que iusti fecerūt. et qa sine macula sunt hereditas eoꝝ in eternū erit.

Nō cōfūdentur in die iudicij sz bono rabūtur. qa tūc eis dicet. vēite benedicti patris mei. sed impij cōfūdentur qbus dicet Ite maledicti in ignē eternū. z tūc impij esurient per carentiam omnis boni. iusti aūt saturabūtur per adeptionē sūmi boni sanctetate eterna. et qa dñs iusticiā exercebit in peccatores vere peccatores peribūt

Peribūt quidē peccatores. Quoniaz inimici domini mox vt honorificati fuerint et exaltati bonoribus z potētia quē admodū fumꝰ q̄ q̄nto magis ascendit tanto citius euanescit statim deficient

Deficiēt merito pctōres q̄niā Mutuabitur pctōr et nō soluet q̄n dei vbū audit et ñ illō suis opib⁹ implet. q̄n dei diuersa bñficia recipit. et nullā grāz restituit actōz. sz ꝓperu⁹ et tāq̄z nibil acceptū spnz⁹ est iustus aūt q̄zuis B pauca suscipiat pia deuotione

plorare restituit largiter in oīb⁹ grāl agēs
miseretur paupib⁹ et distribuit eis si ha-
bet rerū facultatē qō potest. si nō hz dat be
niuolentiā dat cōsiliū vel saltē oratiōnē
Ideo miserē iustus et dat qa scit q Bene
dicētes ipsi deo gratias de oīb⁹ bonis su-
sceptis agentes nō solū verb sed vita here
ditabūt terrā viuentiū maledicentes
autē tā lingua qz vita vt blasphemi z dei le
gibus inobedientes a iustor pmissa beati-
tudine disperibūt Hois iusti gress⁹
a domino dirigentur vt non declinent
a rectitudine iusticie qui iust⁹ q̄ taz corde di
rect⁹ fuerat viam domini cupiet nimis
sequi saluatorē amādo q̄ est vere nrā via vi
tas et vita.
In qua via dñi Cū ceciderit iust⁹ etiā p
peccatū mortale nō collidetur irrepabili
ter siue per desperationē. hz redit p penitētiā
si sit de predestinatis quia domi⁹ suppo
nit manū misericordie sue reducendo eum
p penitētiā ad gratiā.
Nā vt ait ppheta Junior fui etenim se
nui et nō vidi iustū derelictū a deo fi-
naliter nec imitatores iusticie illi⁹ que-
rentes panem tēporalē in egestate existē
tes q̄ntū ad vetus testamētū et B cōiter. q̄n
tū vo ad sensū spūalē tales nō q̄rūt panē spi
ritualē. s. delectationē bonis opib⁹ piūctā si-
ne participatiōe sapiētie et iusticie xpi qz ta
lis panis presto est q̄rentib⁹ ipsum.
Vere iustus nō eget. Quia omni tēpore
miseretur affectu misericordie inediā pati
entib⁹ et comodat. vnde diues est de do
ctrina. de pietate. de iusticia. de patiētia. ce-
teris q̄z bonis q̄bus fruit mēs illa sctissima
et semen bonor operū ei⁹ siue imitator fi
dei eius in benedictiōe glie erit audiēs
venite benedicti ⁊c.
Et ideo tu quicū q̄z es Declina a malo.
id est a peccato obseruādo pcepta negatiua
et fac bonū obseruādo pcepta affirmati-
ua et per boc inhabitabis cū deo in eēna
beatitudine in seculū seculi.
Et B ideo. Quia domi⁹ amat iudiciuz.
id est equitatē. Justū eni est et equū vt ipe
autor iusticie nō derelinquat eos q̄ ei⁹
eligunt pcepta cōplere. non ergo derelin
quet sanctos suos sed in eternum cō
seruabuntur.
Ecōtra Iniusti punientur pena eterna
et imitatores eorum peribunt cū eis
iustis in eternū saluatis et cū dño pmanen
tibus.
Justi autem hereditabunt terrāz vi-
uentiū et inhabitabūt in sclm scli su
per eam
Merito iusti hereditabūt terrā q̄niaz Os
iusti sapientiā que est de deo et eternis lo
quetur pcedētē ex corde recte sapiat. et lin
gua ei⁹ que sētit de deo cū iudicio et discre
tione. pfert ad instructionē alior
Non solū in ore iusti est Lex dei sed ī cor
de ipsius est per iugē meditatiōez et q̄ lex
dei peccare vetat et bona facere docet. ideo
nō declinabūt gress⁹ ei⁹ a via iusticie p
quācūq; demonis aut hois suggestionem
Gressus iusti nō supplantabunt. ñ Cōsi de
rat peccator iustū callide insidiādo vt oc
casione accepta ei nocere possit q̄a iust⁹ gra
uis est ei ad videndū q̄ dissimil est alijs vi
ta ei⁹ et ideo p inuidiā querit oportunita-
tē mortificare eū corpalit vel spūaliter.
Sed iust⁹ defendit. q̄niā Domin⁹ nō de
relinquet eū totaliter in potestate impij.
vt ei cōsentiat. hz ad horā impij habeāt pote
statē sup iustos in corpib⁹ nō tñ sp. sup aīas
autē nullā hñt. nec dānabit eū cū audi-
et cām ei⁹ in futuro iudicio. hz ab hoib⁹ re-
pbis hic falsē reus et morte dign⁹ iudicetur.
Tu ergo vir iuste nō deficias in tribulatio
nibus. sed Expecta patienter dominū q̄ iu
dicabit te et ne inuacuū expectes interz cu
stodi mādata ei⁹ et exaltabit te B meri
tis bonor operū ampliando vt hereditā
te firma possessione capias terrā supne
patrie quā nemo pualz nisi bene meru⁹ adi
pisci cū perierint pctōres videbis an
diēs q̄ dicet eis. discedite a me maledicti. ⁊c
Peccatores q̄dē certe p ibūt. nā Vidi im
piū. i. peccatorē supra statū sue cōditionis
et supra humanū modū potētia et bono
ribus seculi eleuatū sicut cedri libani q̄
sunt marime alte. Et transiui mētē ad no

uissima sua considerauda et ecce nō erat
iste qui sic itumuerat et reduxi eū ad me
moriā et nō est inuētus splendor pompe
eius q̄ vestigiū superbe glie eius in dignitate. i di
uitijs et āplitudine familie q̄a locus eius cum
eius p̄speritate dissoluit cū totius orbis cor
ruptibilis glia terminet
Et ne ad impioꝝ similitudinē tu pereas. Cu
stodi innocentiā vite quantū ad deū iu
dica equitatem iuste cū primo agendo
quoniā bona opera eius qui pacifice
vixit q̄. l. bellū et impetus vicioꝝ in se compri
mit nō pereunt sed post hāc vitā viuūt re
munerata et premiata felicitate eterna.
Ecōtra erit de impijs. q̄niā Iniusti simul
cū suis operib⁹ disperibunt tradu flamis
eterne pditionis et reliquie eoꝝ. l. diuitie
et fama simul interibunt q̄niā supuenie
te interitu eoꝝ falsa laus et fragilis dissolue
Salus aut̄ iustoꝝ a domino nō alibi
de est. ipse enim est sal⁹ nra et protector eo
rū in tempore tribulatōnis. l. p̄ntis. ne
etiā corporaliter opprimant. vel tēpore tribu
latōis futuri iudicij. q̄a eripa eripiet iustos
Et adiuuabit eos dominus eis ad pseue
rationē boni cooperādo et liberabit eos
de omnib⁹ angustijs eruet eos ne fides eoꝝ
peruertat a dyabolo et ministris eius et sal
uabit eos in futuro deducendo ad gliam
quia speraueruut in domino hec enī sa
lus debetur his q̄ spem suam in dei pietate
posuerunt.

Psalmus. XXXVII. in quo docetur fidelis penitens memoriā pctōꝝ habere vt lugeat preterita et caueat futura Vox cuiuslibꝫ penitentis

Domine ne puni
as me. s. in rigorē tue iusti
cie. q̄a hēet importabile. sz mag
nm tēperamētū misericordie tue nec in ira
tua corripias me peto corrigi sed nō in
ira aut furore. talis enī est correctio tātū ad
vindictā. sed bñ correctione q̄ est ad emēda
tionē q̄ est ex misericordia et cū pietate
Domine ne arguas me in furore tuo q̄niā suf
ficere debet tibi p⁹ multa q̄bus vehementer
affligor Quoniā multe molestie et mi
serie aie et corpis quas ex adā in vindictā
sui peccati excepi sicut sagitte intime infixe
sunt in me et p manū tuā punitē firma
te sunt. nō ad horā. sed vsqꝫ ad finē huius
miserabilis vite
Domine ne punias me in furore q̄a satis suꝫ
sagittat⁹. tot enī miserijs subdit⁹ sū. vt Nō
sit sanitas in carne mea ab instātia
vindicte tue in Adā et in me impleta nō
ē pax i interioribus viribus aie mee quia
carnis vicijs ipugnatur et hoc tamē pp
ter peccata mea
Et aptius exponēs mala sua ait Quoniā
iniquitates mee inualuerunt super
me dominando vt aia mea victa succūbe
ret que sicut on⁹ graue grauiter depri
mūt me ad terrā ne me erigere possim
In B etiā afflict⁹ sum q̄ Plage peccato
rum per baptismum et penitentiā saluate cō
putruerūt in cogitatione mea delectādo
me illis et corrupte sunt exteri⁹ ad actū
perducendo. et hoc ppter stulticiā meam
multū enim insipiēs est q̄ semel sanat⁹ iterꝫ
sponte recidiuat
Et q̄a putruerūt cicatrices mee A Multis
miserijs afflict⁹ sū et peccatoꝝ meoꝝ pō
dere curuatus vsqꝫ ad mortē tota vi
ta mea contristatus indignū me esse iu
dicās erigere oculos ad celū incedebam
Cōtristatus sū Quoniā sensualitas seu
carnalitas mea impleta est illusioni
b⁹ q̄ a dyabolo parijs tēptatōib⁹ fatigat. et p
hoc iterū nō est sanitas in carne mea
quā dyabol⁹ affligit Hic Afflict⁹ sū ni
mis ita vt nihil in me liberū sit a calamita
te et tō vehemēti gemitu cordis mei do
lebā me peccasse Dō tu q̄dē nosti
Quoniā āte te q̄z nullū latz secretū ē oē
desiderium meum et gemit⁹ me⁹ p pctis
meis a te nō est abscōditus sed exaudit⁹
q̄ pi⁹ es cū nō p terrenis sz p aie liberatōe
soluat
Inde dolor et gemit⁹. q̄ Cor meū cōtur
batū est in me q̄ mēs mea succubuit pas
sionib⁹ et ita pacē suam amisit dereliquit

me virtus mea robur patiēcie et lumē oculoꝝ meoꝝ .i. ratio impturbati iudicij ergo nō est mecū ꝓpter ingētes molestias quas sustineo

Vox xpi. Amici mei ficti et cogniti mei iudei aduersū me appinquauerūt corpe vt me cōprehenderent et consilijs ac dolis steterūt ꝓtra me pseuerantes vt me occiderent. Apostoli Qui ante passionē iuxta me erant de lōge steterūt. qa relicto me omnes fugerūt timētes mori et iudei qui inquirebāt vitā meā ꝑdere vim faciebant violenter me captū trahētes ad principes sacerdotū.

Et iudei Qui inquirebant mala mihi crimina .s. q̄ opponerēt nō inuenientes locuti sunt falsa fingentes cō me falsa testimonia et dolos tota die meditabantur. vt accepta occasione romane ptāti me traderent. Ego autem tanq̄z surdus non respondebā q̄si nō audirē maledicta et irrisiones eorum et sicut mut⁹ non aperiens os suum patient oia sustinui. Nō solū nō audiebā. sed Factus sū sicut hō qui audire non posset nō habens in ore suo redargutiones tanq̄z nescirez et non haberē qō eorū blasphemijs respōdere possem cū vtiq̄z eos manifeste valuissez redarguere.

Ideo tacui in passione ideo oia patienter sustinui Quoniā in te domine iusto iudice sperau q̄ potes tristiciam in gaudiū cōmutare scies q̄ cū videris nullā causā mortis esse in me tu exaudies me domie deus me⁹ vt me resuscites.

Ideo tu exaudies Quia dixi in oratione mea te deprecans vt cita resurrectōe me clarificares ne iudei inimici mei gaudētes insultarēt mihi si me morte detineri viderēt. q̄re oro exaudi me. Jtē ideo qa duz pedes mei discipli mei infirmi cōmouentur ad casū vacillātes et titubātes in fide si cito nō resurgā super me magna locuti sunt multi insultantes et gaudētes de casu meo. Nō recuso o pater. cedi et crucifigi ꝓ salute tot⁹ mūdi. Quoniā ego oī flagella paratus sū .i. ꝑordinat⁹ a te. et ideo p̄ flagella patior sponte tue volūtati me conformans et dolor me⁹ in cōspectu meo est mihi ꝑ manifestus est mihi dolor quē patior. itel ligo enī me pati nō ꝓ culpa mea sed tua dispositione

Ideo etiā in flagella parat⁹ sū Quoniam iniquitatē meā ego in causa eē cognosco sicut et alijs ꝓnūciabo et ego cogitabo operā dādo q̄liter pctā tot⁹ mūdi mea passione absoluā

Cum tanta patior. Jnimici mei tamen viuūt et ꝓsperant oī sanitate gaudent cōfirmati sunt .i. roborati super me persequēdo et multiplicati sūt qui oderūt me iniuste. .s. sine culpa mea.

Oderūt me certe inique. q̄nā Retribuerunt mala mihi ꝓ bonis odiū ꝓ dilectione. mortē ꝓ vita quā multis eorū contuli detrahebāt mihi dicētes non est salus illi in deo eius et hoc nulla alia cā nisi quoniam sequebar bonitatē et tā felix conscientia cui non ꝑt imponi nisi q̄ seruat legem dei sui.

Ne derelinquas me domine de⁹ meus volūtati infideliū me exponendo ne discesseris a me sed potius mecū permane vt me facias resurgere

Intende in adiutoriū meum domie deus qui me ad salutē humani generis incarnari et pati misisti.

Psalm⁹. XXXVIII. in quo docetur vir iust⁹ iter blasphemos et iniquos ligue cōtinētiā seruare certamina et rixas oppriere. Loquitur vir iust⁹

DIxi id ē statui et ꝓposui firmiter in corde meo custodire vias meas actiones meas tali diligentia vt etiā in lingua mea nō offēdaz loquendo fatua et ociosa vba aut generaliē que locutuz me fuisse peniteret.

Vt nō delinquā Posui ori meo custodiā cautelā in loquendo vt ēt statuerī a bonis silere z a ꝓdicatiōe abstiere. z ꝑ cū cōsisteret pctōr vt hetic⁹ vel repb⁹ aduersū me querens vnde ex verbis meis calūniā possit efficere.

ſdolui custodiā oꝛi meo vſq; adeo q; Obmutui volens vitare cōtentionē cū pctōꝛibus impugnātib⁹ me sed afflict⁹ sū qa ppē hoc silui a bonis enunciandis boīb⁹ desiderantib⁹ veritatē audire vnde dolor meus renouatus est ꝓus dolui de indiscreta locutione modo doleo de indiscreta taciturnitate.

Uerum videns hinc inde pricula. Inquietū factū est coꝛ meū et in hac fluctuatōne tacēdi inter calūniosos et loquēdi inter audire paratos cōcitatus est calor caritatis in coꝛde meo ad loquendū amoꝛe pximoꝛ. Inter has difficultates querēs locū vbi hec non patiar Locut⁹ sū deo meo in lingua mea toto coꝛde et oꝛe eū deprecando notū fac mihi finem meū xp̄m q; ē finis noster. cōsūmatio in pātria ad iusticiaz et in futuro ad coronā. ibi enī gaudebo ōsocio non timebo de aduersario. ibi enim contemplatoꝛ mecū erit amic⁹ non calūniatoꝛ inimicus. Et numeꝛ dierū meoꝛ q; ī B me viuere decreuisti ostende mihi quis ē. id est q;tū supsit vt sciā quid desit mihi de tēpoꝛe vite mee.

Ideo autē vellē scire vt preparārē me aduētui tuo et disponerem debita que ad me spectant. Ideo autem scire vellē numerū dierū meoꝛ qa breuis est vita mea

Unde Mensurabiles. s. breues et transitoꝛios posuisti dies meos. et substantia mea que in Adam peccāte coꝛrupta ē. tanq; nihilū est in cōparatione ad te q; eternus es

Bene dixi q; vita mea in cōspectu tuo sit q;si nō sit. nō solū ꝓpter breuitatē sz etiā ꝓpter vanitatē Omia enī q; apud nos sunt vanitas omnia enī sunt subiecta mutabilitati et etiā inter ea oīs hō hic viuens est subiectus mutabilitati et sic etiā est vanitas

Licet oīs hō viuēs B sit vanitati subiectus Uerūtamen in imagine dei ad quā formatus est semp stabilis permanet quia illa nunq; delet in boīe. z nihilomin⁹ a puritate mētis in actib⁹ seculi deducit vbi caducis desideriis turbat⁹ varia sollicitudīe confunditur.

Uere frustra turbat et stulta vanitate. naz Thesaurizat et cū magna sollicitudīe cupit peritura seruare maxie cū possessio eoꝛū pbet incerta. nā ignoꝛat cui congregat ea vtrū. s. furibus aut hostib⁹ aut extraneis aut fisco.

Cognita autē seculi vanitate concludit vir iustus omnē sollicitudinē et spē suā ponēdam in deo dicēs. Et nūc que est expectatio mea et finis meus nōne dominꝰ q; est super oīa. certe ipsū solū finē expecto z suba diuitia z ꝓscientie mee apō te rebuat

Uerum qa nemo etiam iustus in vita presenti est sine peccato preter te Ab oīb⁹ iniquitatib⁹ meis ꝓteritis. pīnb⁹ z futuris erue me et debes me merito eruere quia cum sic sapio q; humana cōtēno. q; letari in rebus perituris nolo. q; penitentiā ago. deliqui me opprobriū. i. in derisum stulto peccatoꝛi qui illos magis irridere solitus ē. quos bonis moꝛibus studere cognoscit.

Licet apud talem stultum habit⁹ sū oppꝛobꝛio Tacui nō egi contentiose contra eum nec aperui os meū in murmure contra deū et hoc venit a te quoniam tu fecisti me talē dans mihi patientiā. z quia talis sū amoue a me flagella tua qbus ꝓ peccatis meis a te iustissime vꝺeroꝛ.

Necesse est q; amoueas. qnia Ā fortitudine potentie tue defeci vi plagarū tuarū infirmat⁹ et debilitat⁹ virib⁹. nō potēs ā plius sustinere duras punitiones tuas. q; licet gues sunt. sē tñ iuste qnia ppter iniquitatem flagellis tuis coꝛripuisti hominē vt p coꝛrectionē flagelloꝛ tuoꝛ.

Tabescere feceris aiam ē⁹ vt desiccata humiditate z pinguedine carnali. z depositā superbia infirma fieret per humilitatez quasi aranea qua nihil est tabidius que leuiter tacta digito deficit. sed sepe licet bomo sit coꝛrectus licet increpetur. licet tabefiat. tamen fragilitate humanitatis diuersaꝝ rerum varietate confunditur a qua perturbatione ille solus excipitur q; deum pura mente contēplatur.

Et ideo tu dñe exaudi oratōnē meam et humilē supplicationē meā preces aūt meas cū lacrimis effusas exaudi per effectū liberationis mee.

Dñe ozo Ne sileas a me imo fac me audire vocē tuā interius. i. salus tua ego sū. vel illā. remissa sunt peccata tua. z finaliter illā cū sanctis oībus venite benedicti ꝛc. quoniam aduena ego sū apd te non habens hic mansionē manētez. sed sū sicut peregrin tendēs alibi. i. ad patriā vite eēne sicut oēs pres mei fuerunt.

Tū autē transitur sim restat hoc petendum Remitte mihi pctā mea vt p tuaz miseri cordiā cōsolat certus ad tua iudicia pueniam et quādaz recreationē sentiā in presenti vita de illi regni tui securitate suscepta et hoc prius q̄z abeam a vita pñti. quia āplius non ero in statu merendi nec p̄sequēs in statu p̄cipiendi remissiōz pctōz.

Psalmus. XXXIX. in quo eccl'ia gracias agit de beneficio incarnationis filij dei.

Ecclesia in persona sctōz patrū prestolans aduentum christi ait.

Expectans expectaui ex intimis et cum desiderio assidue dominū incarnandū q̄ sol' saluare potest et ipse p sua clemētia intendit mihi iplendo desiderū amoris nri mittēdo xp̄m vñ sequit Et exaudiuit preces meas xp̄m mittendo quē optabaz et deduxit me de lacu miserie infidelitatis et ignorantie q̄b detinebar et luto fecis carnalis cōcupiscētie

Et statuit et firmauit supra petrā xp̄z affect meos et direxit act meos ad vitam eternā Et immisit in os meū cāticū nouū nō de vanitate nō de turpib. sed de nouo et inaudito diuine pietatis bñficō q̄d etas antea nulla cōsperit. q̄d nou bō attulit mūdo. nou ergo ppls noua cātat. i. de incarnatiōe dñi. de resurrectiōe. de ascēsiōe. et de alijs hmōi cāticū dico carmē siue himnū acceptabile deo nrō vt iā nō sonos turpes et theatrales p̄cinā. sed in dei viuentis himnis p armoniā noui testamēti delecter. Videbūt multi ppli posteri xp̄m annūciatū venisse quē p̄ores expectabāt. videbūt et p̄uersationē meā et timebūt dānari si in infidelitate pmāserint. p̄cussi ergo salubri terrore facti xp̄iani sperabūt in domino remissionē p̄q̄ peccatōz Beat vir cuius spes salutis sue est nomē domini q̄d est Jesus q̄d interp̄tat saluator. q̄a nō est aliud nomē sub celo in q̄ oporteat nos saluos fieri et nō respexit in vanitates infidelitatis et idolatrie gentilū et insanias falsas. i. in errores iudeoz obstinatorum contra xp̄m.

Jstoz opa sunt falsa sed opa tua mirabilia q̄nā Multa feciſti tu domīe de me mirabilia in corpalib et spūalib inter q̄ maius mirabile est recreatio mūdi p incarnationē et passionē tuā. ad q̄ oīa facienda p te sufficiens es non ab alio instructus nec cogitationib dispositionib tue sapiētie i q̄b nō est qui similis sit tibi.

Vox xp̄i Annūciaui ego xp̄s p ppbas et locut sum ego ipse in p̄sona et p me z me os discipulos tot credidērūt vt credētes multiplicati sūt super nūerū quē aliq̄s posset nūerare. Vox xp̄i ad patrē Sacrificiū q̄d fiebat d̄ aialib z aurib z oblatōz q̄ fiebat de reb inaīatis vt d̄ pane z simila et thure et hmōi noluisti q. ista sacrificia erāt ipfecta q. ñ poterāt auferre pctā aures āt perfectas dedisti mihi ad obediendū tibi deo patri vsq ad mortē vt me i cruce offerrē sacrificiū pfectū q̄d oīb leḡ veteris sacrificijs succederet. Exponit q̄d dixerat Holocaustū q̄d totū incendebat ad bonorem dei. p peccato nō postulasti q̄a talia sacrificia nō erant tibi accepta tūc dixi ego xp̄s. ecce let venio ad offerendū acceptissimū deo.

In capite libri p̄destinatōis ē p̄scitū et dispositū vt facerē volūtatē tuā deus me volui ß idē ego et ad ß descēdi de celo et legē tuā in medio cordis mei p meditationē semp habui.

Annũciaui p aplos meos et alios predi catores opera iusticie dogmata verita tis et beneficia diuine miscõie. in eccl'ia catholica que magna est potestate et firmitate ꝛ ãplitudine ecce labia mea non phibebo non cõprimã teritus ministr cõtumelijs psequẽtiũ a pmulgatione vitatis domine tu es testis q̃ pocta sint vera Justiciã nõ abscondi in corde meo qñ potui pdesse alijs sed verbis ꝛ factis illã manifestaui ꝛ palã annũciaui et veritatẽ tuã. l. pmissor exhibitionẽ et meipsũ q̃ sum via veritas et vita a te missũ saluatorez hominũ predicaui.

Misericordiã tuã q̃ petã donas et veritatem tuã qua q̃ pmittis ꝛ minaris ad imples nõ celaui nõ abscõdi a cõgregatione densissima populor.

Vor xpi p statu corpis sui mistici

Attende dñe mẽbra saucia attende pcõres. Et nõ elonges sz ppe facias miserationes tuas mẽbris meis nec debes qa hactenus nõ elongasti qa misericordia tua et veritas a primo iusto vsqz ad vltimũ semper susceperũt me oratiõez meam exaudiendo.

Nec mirũ q te hoc pro mẽbris meis depcor Quoniã circũdederũt me mala pene quorũ nõ est numerus apud homines vallauerũt me vndiqz. i. membra mea ꝛ cõprehenderũt. i. suo pondere ligauerũt iniquitates sue vt nõ possent videre deum q̃niam abstracta fuerat ab eis lux veritatis. Opus est auxilij tui. Quoniã multiplicate sunt iniquitates eorum innumerabiliter et lumẽ rationis fugit ab eis. Cõplaceat ergo tibi domie vt eruas me mẽbra corpis mei i doloribus posita a malis pteritis et ad aduiuandũ ea respice contra mala impugnãtia de futuro.

Vrat p inimicis vt cõuertant. Confundãtur inimici mei vtiliꝫ vt resipiscant de factis suis erubescentes timeãt vltra peccare ne pereant qui fideliuz meor vitã querunt vt auferant eam.

Conuertantur retrorsũ cadẽtes vt ab intentione mala eorum desistant et erubescant cognita eor iniquitate qui gaudẽt de malis meor

Ferant cõfestim confusionẽ suam ne diuti⁹ ingrauetur malũ. quãcito ab hostibus subuertant qui dicũt meis euge euge dolose laudando aut deridendo

Vrat pro fidelibus suis Exultent et letẽtur super te deum patrez de bono quod daturus es eis qui querunt te per veraz fidem et dilectionem et magnificuz predicent sẽper te deum sicut magn⁹ es i te omnes qui diligunt me xpũm filiũ tuum per quem salutem oĩm operaris

Peto hec omnia dñe deus ex forma serui quia per me non sufficio aliq̃d facere. quia Mendic⁹ sum et ideo necesse habeo mẽdicare auxilium gratie a te pauper quia nisi tua gratia clarificer ex me non sufficio. qui ne hanc paupertatem vilem abiectamqz iudicaremus subiungit dominus curam mei habet.

Et quia indigeo auxilio tu dñe esto Adiutor meus et ptector meus et ppter periculum oro ne tardaueris nobis auxiliari in predictis

Psalmus. XL. in quo de passiõe christi et eius resurrectione.

Vor. ppbete.

Beatus qui super xpũm egenum et pauperez ita intus legit q̃ sub paupertate quã gessit in forma nrẽ humanitatis intus legat per verã fidez diuitias sue diuinitatis vt sicut credit euz esse hominẽ ita etiã credat deum esse et talem credentez liberabit dominus in die iudicij a damnatione etna ad quã iudicati sunt non credentes.

Dominus conseruet eũ inter mala huius seculi ne ab hoc intellectu cadat sz in hoc manentẽ viuificet eũ eterna ꝛ immortali vita et beatum faciat euz in terra viuentium vbi est vera et perfecta beatitudo et non tradat eum ad voluntatez inimicorum eius dyaboli et ministror eius.

Cum autē ꝓtigerit illum iacere Super lectū afflictū aliq̄ dolore corpis aut mētis ita domin⁹ opē ferat illi ī infirmitate ei⁹ vt amplius nō indigeat lecto parato ad iacendū sed transuersetur lectus tanq̄z nō necessarius āplius.

Prophet̄a orās ꝑ se.

Ego sciens me peccasse sentiens egritudiez meam Clamaui ad te medicū meuz miserere mei sana animā meā q̄niaz nullo modo excuso peccatū sed accuso dicens. quia peccaui tibi mea ꝓpria ꝙ praua voluntate.

Vox xp̄i Inimici mei iudei scribe ꝙ pharisei videntes populū me sequi ꝓpter miracula que operabar vt retraberēt ꝓplm a se; q̄la mea dixerunt multa mala falsa et obprobria mihi dicebant insuper optantes mortē meā quando morietur iste vt non sit memoria nominis eius

Et si ingrediebatur aliquis de inimicis meis ad ꝑsonā meū vt faciebat Judas nō ingrediebatur causa amicicie aut reuerentie sed ad prodendū potius dolosus intrabat aut causa explorandi q̄d agerem aut dicerē. et vana et ficta loquebatur figēs et simulās mihi velle ꝓsulere et coz ei⁹ cōgregauit iniquitatem sibi i. ad damnū suū et detrimentū anime et corporis.

Qui egressus ad vulgares ꝓplos loquebatur idipsum .s. falsa et ficta ad infamiaz meā vt auerterēt deuotionē ꝓpli a me.

Non modo amici ficti ingredientes ad me sed dēs inimici mei latenter detrahebant mihi scribe et pharisei et consimiles aduersum me cogitabant inferre mihi mortem contemptibilē et opprobriosam

Verbū iniquū contra omnē iusticiā ordinauerūt inimici mei aduersum me in suo ꝓcilio dicētes crucifigatur. et si hunc dimittis non es amic⁹ cesaris. sz istis insultās ꝓphā dicit nunquid qui ab iniq̄s iniuste somno mortis opprimitur. nō addet vt resurgat certe sic. q̄a qui habuit ptātez ponendi animā suā hz et resumēdi eā.

Quid mirū si inimici mei loq̄bant. et molebant aduersū me. q̄n dō pacis mee familiaris me⁹ cōmensalis Judas in quo o stendi me cōfidere tractādo eum sicut alios discipulos et sibi specialiter cōmittēdo custodiā pecunie fecit magnā supplantationem contra me vt per osculū traderet iudeis.

O deus pater illi ita crudeliter in me ōseuiunt Tu aūt miserere mei et resuscita me gloriosa resurrectōne tertia die et retribuā eis vicissitudinē boz̄ q̄ in me gerunt In hoc cognoui per experiētiā q̄ ī me ꝑ placui tibi. quoniā nō gaudebit finaliter populus iudaicus super me q̄licet gauisi sunt ad horā de morte mea. tristati sunt multo pl⁹ de resurrectōne mea ī qua maxīe declarata fuit gl'a mea.

Me aūt ꝓpter meritū innocentie mee q̄ sēp sine peccato fui suscepisti me animā meā ab inferis. corpus meū de sepulcro. cū gl'a ipassibilitatis et imortalitatis et et cōfirmasti me in ꝑsona tua stabiliter in eternū me ad dexterā tuā collocādo

Hinc Benedict⁹ dom⁹ de⁹ isr'l a seculo et in seculū nos autem amē amē respondeamus.

Psalmus. XLI. in quo monetur fidelis ne seculi tristicie retrahant eū a desiderio eterne vite

Vox fidelis deū desiderantis

Quemadmodum ceru⁹ verat⁹ avenatorib⁹ ꝙ calefact⁹ desiderat fōtes aquaz vt sitī ꝙ estū extinguat ita anima mea demonū tēptationib⁹ ꝙ mal'i seculi afflicta desiderat veni read te de⁹

Sūme desiderauit aīa mea ad deū fōtē vivū vñ oia bona fluūt. cupio plane dissolui q̄ sitio ī hac pegrinatiōe sitio ī cursu b⁹ vite satiabor in aduentu ei⁹. sed quādo veniam et apparebo ante faciem dī id est quando erit dies illa qua exutus vinculis corporis presens conspectui mei redēptoris videam eum facie ad faciem.

Interim autē dū curro dum peregrinor siue in psperis siue in aduersis. Desiderij mei lacrimas fundo. que lacrime non in media sed satietatē intulerunt. nec immerito q̄ fletus ille cibus est animarū. corroboratio sensuū. ablutio peccatorū. refectio mentiū lauacrum culparū fuerūt insuper mihi lacrime dum improperando et insultando ōr a paganis fidelibus meis vbi est deus tuus veniat liberet vos.

Hec recordatus sum. i. improperia infideliū dicentium. vbi est deus. et hac occasione quesiui meditatus per omnia visibilia si per ea inuisibilem cognoscerez creatorem meū. et cum hec non ostenderent q̄ solum inuenī quedam vestigia eius effudi dilatauii in me animam meam vt relictis omnibus exterioribus contemplarer ī me ipso aliquid tale q̄ sit deus meus. sed cuz nec in exterioribus nec in anima mea deum inuenirem. quia hec variabilia inuariabilis deus excedit. hoc feci quoniam transibo in ecclesiā tabernaculū domini vbi deus multa mirabilia fecit sanctis suis vbi ī tuear sapientiam admirabilez fidei que docetur in ea et admirandas virtutes quibus multi fidelium resplēdent. et inde mente p contemplationem peruemā vsq̄z ad domū domini in qua clare videbo deū meū.

Inde trahor inde suspiro festinanter accedere ad domū dei. quia ibi erit Gaudiū et exultatio ō bonis habitis. cōfessio laudis de beneficijs gratie susceptis spūalis refectio mire suauitatis.

Propheta loquit ad animā suā eamq̄z cōsolatur tabescentem persecutionibus z calamitatib⁹ hui⁹ seculi dicens. Quare tristis es anīa mea et quare cōturbas me cum de adiutorio diuino certa sis. quare tristaris. Aduersus hec salutare remedium sequitur. Spera ī domino. quia spes ei⁹ omnia commutat in melius et ad eternum gaudium producit quos seculi hui⁹ tristicia īflicta conclusera. beati enim q̄ lugent q̄niaz ipsi consolabuntur consolare ergo anima mea quoniā adhuc laudabo eū dicens tu es salutare particeps būanitatis mee et deus meus.

Sed quia in me nō est firmitas. perstrepit enim mundus et caro grauat nec est mihi spes de viribus meis. Ad meipsum anima mea cōturbata ē. ppterea vt euadam istas tribulationes memor ero tui i. summa velocitate recurro ad te in humilitatem quam iordanis designat et memor abrenunciatiōis dyaboli quā in baptismo feci. q̄d per hermonijm intelligitur. et cum voluntate faciendi que tibi deo meo placita sūt semp

Decet vt sim memor tui quoniam euāgelium et lex que propter pfunditatem sapiētie et agnitionis dei dicuntur. Abissus in hoc concordant q̄ memor sim tui. quia in vtroq̄z promittitur auxilium homini q̄ memor est dei. et hoc in voce predicatorum et doctorū qui catharacte dicūtur quia per eos fluenta diuine sapiētie nobis emanant.

Ideo etiam memor ero tui q̄niam Dēs tribulationes tam grauiores que dicuntur excelsa q̄z minores que designant per fluctus que superant vires meas transibunt a me in futuro

Ideo et ero memor dei quia In die. i. in q̄ licunq̄z huius seculi prosperitate mandauit dominus misericordiā suā q̄a sola misericordia sua et pietate dat pacem et bona cuncta fidelibus et nocte. i. in qualicūq̄z aduersitate mandauit. i. promisit canticum. id est exultationem complere q̄d ī prosperitate promiserat speciosa enim est misericordia in tempore tribulatōnis. q̄a tūc fructus eius demonstrat.

Cum vndiq̄z mala sint in hac mea peregrinatōne singulare solamē est mihi Oratio que est apud me intus habeo ī me q̄d offeram. non enim vt fraudiat me dominus nauigabo vt de longinquo afferam thura et aromata aut de grege vitulum aut arietem. intus habeo victimam quam immolem. intus habeo thus q̄d imponam. apud me est oratio que fienda est auctori et conseruatori vite mee qua oratione dicam deo susceptor meus es tu qui pe

uitentem suscipis quia vota orationū meaꝝ nō spernis.

Vir iustus sentiens quāta illi⁹ quietis dulcedo futura sit et mundi istius pericula. dicit more humano. Quare oblit⁹ es mei permittendo me tandiu his miseriis vexari cur tādiu differs vt me inducas in domuz tuam. quare contristatus incedo p vīā huius vite. ideo contristatus qz diabolus affligit me temptando quia carnis vicia inuito aut repugnante animo sustineo

Vox ecclesie lamentantis casum maioꝝ

Ita affligit me inimicus vt non solū confrigantur carnes mee. s. debiles fideles sz etiā ossa mea. s. maiores ecclesiastici p̄lati i quibus putabatur esse aliqua fortitudo vt cedant fracti per impatientiam tribulatiōib⁹ et scandalis. et cadant per peccatuz a statu rectitudinis de quo exprobrauerūt mihi vb̄ iniuriosis qui tribulāt me inimici mei heretici et mali xp̄iani.

Hoc modo exprobrauerunt. Duz dicunt meis fidelibus maxime martyrib⁹ p̄ xp̄i fide in afflictionibus constitutis vbi ē de⁹ tuus. vel nullus est vel si est de te nō curat et si curat liberet te si potest ꝓpter ꝗ turbata est anima mea quid autem suadeam non inuenio nisi qō. sup̄.

Quare tristis es ania mea et quare conturbas me. sed ne dicas ideo turboꝝ quia hic mala patioꝝ confortare o ania spera in deo quoniā adhuc in futuro confitebor ei qꝝ ipse est salutare vultus mei et de⁹ me⁹

Psalmus XLII in quo monemur ne in pressuris deficiamus

Cuz vir fidelis seculi huius iniquitatibus angeretur celesti desiderio affectus ait.

Judica me deus iudicio discretionis siue separationis in futuro iudicio separādo me a malis. et discerne merita mea ab iniq̄. s. discerne inter illū q̄ te credit et illū q̄ nō credit ō gente non sancta mala et peruersa scilz ab hoie iniquo et doloso erue me

Cum non mihi arrogem fortitudinem qua opus est inter mala huius seculi sed tu de⁹ meus Fortitudo mea quare ergo me repulisti ꝑm q̄ videtur. repulsum enim me puto cum non statim habeaz qō opto et quare tristis incedo nisi quia affligit mei inimicus quotidianis temptationibus hic in p̄nti qō non faciet in futuro

Ut autez excludatur inimicus me affligēs oro dñe. Emitte lucez tuā et veritatez tuā auferentenebras et da lucem. aufererroꝝrem et da veritatem ipsa tantuz lux tua et veritas deduxerunt a peccatis et adduxerunt ad firmā credulitatem dñi saluatoris qui mōs dicitur. et in tabernacla tua in ecclesiam p̄sentez in qua sunt diuersitates sctōz. que sunt quedā peregrinationes super terram.

Deduxisti me domine in tabernacula vbi positus spero q̄ inde Introibo ad altare inuisibile celestis hierusalē quo non accedit aliquis iniustus. at qui accedit sumit in olocaustum diuino igne totus incensus ad dominū introibo qui letificat iuuentutez meaz dando mihi imortalitatē et impassibilitatem.

Item Confitebor tibi in cithara deus meus confessione laudis in tribulatione gratias agēs. nunq̄z enim propter quecūq̄z b⁹ seculi aduersa a tua laude recedā.

Consequenter vir fidelis alloquitur aiam suam persuadens ei tristiciam huius seculi fugiendā per quā patiētie robur frangitur per hanc caritatis lumen extinguit. per hāc spei nostre desiderium virtusq̄z mollescit et omnis vita confundit. vnde ait. quare tristis es anima mea et quare conturbas me dū deum adiutorem habeas.

Consolare ania mea. Spera in domīo q̄ omnes seculi fluctus mitigat et in temptationibus p̄gat q̄ oīa petā ꝑdonat quoniā adhuc cōfitebor illi p̄fessione laudis dicens tu es sal⁹ mea. tu es salutare vultus mei et deus meus.

Psalm⁹ XLIII in quo cōfortātur infirmi fideles admirātes cur mar

e

tires videatur hic deus derelinque-
re cum patres antiquos in manu va
lida legatur iuuisse.

Propheta in persona martirum
recolens beneficia antiquis collata
ait.

Deus auribus no
stris audiuim⁹ intellectu nrō
cognouimus et patres nostri
ppbete que gesta sunt illoꝛ tpe retulerūt no
bis.s.Opus qō operatus es in diebus
eorum Moysi Josue ⁊ alioꝛ patrū.s.i di-
ebus antiquis.

Operatus autē es op⁹ ℞.s.q Potentia
tua morte et alijs modis gentes disper-
didit terre promissionis.s.amoꝛreū eueū et
alios et plantasti filios israel.afflixi
sti populos qui ibi erant.et expulisti eos
de terra pmissiōis vt alios introduceres ⁊ re
gnum eorum tua misericoꝛdia ꝓfirmares

Tua virtute tua potentia hec facta
sunt non eorum.nec enim in gladio
suo nō per bella sua possederunt terrā.
nec robur eorum saluauit eos q non
ruerent in man⁹ inimicoꝛ.

Sed potentia tua saluauit eos et foꝛ
titudo tua et sapiens consilium a te
eis datum quoniaꝫ complacuit tibi
in illis.s.ex benuolentia et gratia tua.

Tu ipse qui hec illis feciſti es rex me⁹ et
deus meus nō mutatus non diminutus
et si tempoꝛa sint mutata et variata creatoꝛ
tempoꝛum non mutatur.tu dico qui man
das victoꝛias in bellis populo iudai
co qui exiuit de iacob.sicut ergo illi con
fisi sūt de te.ita et ego ꝓfido

Qō sicut tua virtute assistente filijs israel inimicos suos disperdiderunt ita In tua vir
tute inimicos nrōs vētilabim⁹ disper
demus potestate nobis a te data.et per
virtutem tuam spernem⁹ hostes no
stros in presenti.vel in futuro q nihil pote
runt nobis nocere.

Bene dico in virtute tua.quia Nec in me
ritis meis aut armis aut viribus spera
bo sicut nec patres nostri speraverunt in
suis.

Saluabis enim nos in futuro de imm⁹ dis spiritibus.qui hic nos mꝛtipliciter affli
gunt et odientes nos confundes dā
natione eterna quando dicetuꝛ eis discedite
a me maledicti.Laudes dicemus deo
nostro in perpetuum q nos eripuit de
affligentibus nos.et in nomine tuo qō
est Jesus laudabimus te sine fine con
fitentes salutationem nostram et om
quo deus pater appellaris.inuocabimus
edocti a filio tuo qui institutione salutari
nos docuit sic orare.pater noster et cetera.

Domine deus virtutum conuerte
nos ad te perfecte diligendum. ostende
faciem tuam per aptam visionem et
salui erimus quia in clara visione dei
et perfecta fruitione consistit eterna salus
nostra.

Psalmus.LXXX.in quo mo
net vt contemptis terrenis ad cele
stia mente ascendamus.

Vox ecclesie.o fideles

Exultate cordis deuotõne
deo qui nos iuuat in omni
bus pressuris nostris. iubila
te inexplicabili letitia. deo populi fide
les designati per Jacob qui fuit verus
cultor dei.

Et vt possitis exultare et iubilare Su
mite sequentia instrumenta musicalia sci
licet psalmum.id est.bonam operationẽ
et date deo timpanum.id est.laudem
cũ vestre carnis mortificatione.et bis duo
bus adiũgatur psalteriũ iocundũ cũ
cithara.id est.deuota oratio. Buccina
te.id est.annunciate alijs laudem alta vo
ce.in insigni festo tubarum.scilicet in
innouatione vestri que per septiformẽ gra
tiam spũssancti fit.id est.preconiali vo
ce cantate cum noue regeneratõis gau
dia fueritis consecuti que vobis debet esse
magna solennitas.

Ideo buccinate in predicta solennitate. Quia preceptum est in israhel.illis ad litteram nobis spū aliter.et si negligitis timendum est vobis quia iudiciū est dō iacob.preceptum enim illud datum est p eum qui est futurus iudex.

Illud preceptum.id est.legem Posuit dominus in populo iudeorum designato hic per ioseph cito post exitū de egipto que lex esset illi testimonium quid esset faciendum et quid timendū. vnde sequitur cum ille populus exiret ō egipto.linguaz quam non nouerat audiuit.id est.legem.Amouit dominꝰ dorsum populi israhelitici ab onerib⁹ luti et lateris quibus premebatur in captiuitate egipti.cuius populi manus seruierunt in cophino.cogebantur enim instrumentis portare limuz et feces ō ciuitatibus.

Propheta in persona dei recolentis beneficia prestita populo israhel vt grauior esti metur eius offensa dicit.In tribulatione dure seruitutis tue inuocasti me vt liberarem te et liberaui te de captiuitate educendo et exaudiui te in abscondito angustie tue et tempestatis qñ scilicet audientibus egiptijs ad me gemere non audebas.et etiaz probaui te apō aquam contradictionis obi de potentia mea.id est.bonitate te reperi dubitantem.

Hec bona omnia feci tibi et ideo Audi o popule meus ꝛ intellige et testificero veritatis contra te legem meā transgressus fueris israhel si audieris me obtemperando preceptis meis non erit in te deus recens.deus noster nunqz fuit recens nec nouus nec in tempore factꝰ sed antiquissimus semp ab eterno ꝛ in eternum nec adorabis deum alienum. qui nomine et non essentia siue natura sit deus.

Non adorabis dico deū alienū.quoniam Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egipti et non alius. Dilata os tuum ad petendum tibi vtilia.et implebo desideriū tuum.

Ego sic ammonui eos.et tamen Non audiuit populus qui meus deberet esse ad monitionem meam et israel nō intendit mihi ingratus tot bñficijs.

Et quia attendere noluit ideo Dimisi eos vt p suo libitu ad omēs sui cordis voluptates ferantur.et ipi subtracta gratia mea.ibūt in peccatis enormibus et erroribus ab eis nouiter inuentis.

Sic dimisi eos.sed Si populus meus audisset me credendo et ipse factus verus israhel si in vijs meis ambulasset precepta mea obseruando.

Pro nihilo forsitan.id est.vere absqz vlla difficultate inimicos eorum humiliassem.eos ad nihilum redigendo. et super tribulantes eos ostendissem potentiam meam eos interficiendo.

Propheta de eorum eterna damnatione loquens ait.Inimici domini.scilicet iudei qui deberent esse amici.mentiti sūt ei non reddentes promissa quibus se ad p cepta omnia eius implenda bonis pollicitationibus obligauerūt et ideo tempus punitōis eoz erit in eternum.

Et merito veniunt damnandi.qz Deus cibauit illos ex intima medulla frumenti et saturauit eos de melle fluente de petra in rupib⁹ ei⁹ terre erat mel in copia.

Psalmus.LXXXI.in quo monet credere christum verū deum et verū hominem esse.

Deus factus homo stetit in synagoga.i.cōuentu iudeorum bonorumz quos deos dicit. iuxta moꝛē illū q̄ dij dicūt q̄cūqz magni viri.ī medio boz deoz stetit xp̄s in assumpta natura p̄m illud.medi⁹ aūt vestrū stetit. in medio āt diiudicat.i.discernit bonos ac iustos q̄ maiestatis sue monita fidemqz secuti sunt a malis.

Ad iudices accusans eoꝝ prauam consuetudinem ait. Usquequo iudicatis iniquitatem contradicentes legi quam vobis dederam. prophetas iniurijs afficitis quos vobis miseram. vsqꝫq extenditis iniquitatez iudicij vestri q̄ iniquū iudiciuz facitis sup me qui ppter vos veni. q̄ vobis tanta bona feci. quem occidere disponitis et vos o minores quare consentitis iniquis iudicijs maioꝝ quare cū insanientibus insanitis.

Nolite ergo iudicare iniquitatē. sed Judicate recte scz xp̄m egenum qui semper terrenas facultates ꝓtempsit. q̄ cū esset diues pro nobis factꝰ est paup. et pupillū qui sibi p̄sidium non quesiuit in terra. iudicate dico vt eum liberetis. et humilem ⁊ pauperem. i. iustum ostendite et predicate.

Et vos minores qui plures estis Eripite pauperem et egenum xp̄m scz de manu maioꝝ ne ꝑmittatis eum amplius capi. et de manu iude qui iniuste persecutus est eum liberate.

Ego ita monui eos sed tñ ipi Nescierūt non cognouerūt xp̄m. et quare hoc quia non intellexerunt. id est. non credidert scptū est enī nisi crediderit non intelligetis. et quare hoc quia in tenebris ambulant. in obscuro vicioꝝ et cecitate infidelitatis detinebant. et signum dans propheta iudeis quo agnoscant xp̄m ait. mouebuntur omnia fundamenta terre. nam in eius morte terra mota est. et petre scissē sunt.

Et tamen. Ego dixi si vultis credere ⁊ mādata dei custodire dij estis participatōe gratie mee. O mira dei gratia cum solꝰ sit verus et substantialiter deus non inuidet participiū noīs sui hoibus. et filij excelsi omnes per gratiam et adoptōem omnes quidem qui sanctis iussionibꝰ acquiescunt.

Uerba deflectit ad impios dicens. Uos autem impij et incredulꝰ non eritis sicut dij viuentes vita eterna. sed moriemini sicut homines peccatores in peccato infidelitatis. et vos maiores superbiam vestrā in xp̄m exercentes cadetis in pfūdum inferni. ita irrecuperabiliter sicut vnꝰ de principibus. i. dyabolꝰ q̄ de celo pectꝰ corruit et penam sue puersitatis inuenit.

Uos quidem cadetis. sed tu Deus exurge de sepulcro et iudica terrenos illos iudeos. damna eos q̄ ita te crucifixerūt quoniā bis repulsis. tu hereditabis in omnibus gentibꝰ p vna iudeoꝝ gente que tibi quondā hereditas peculiaris ex oībus mundi nationibus fuit hereditatē accipies omēs gentes.

Psalmus. LXXXII. in quo monet iustos ad patientiam Prophetа preuidēs xp̄m in maiestate magna venturum ad iudiciū et admirans ait.

Omine quis simi
lis erit tibi cū ad iudiciū in maiestate tua magno angeloꝝ exercitu comitante venies. nullꝰ ne taceas dare in impios sniam. ite maledicti in ignem eternū nec aliqua miseratōne cōpescaris aut mitescas a vindicta eoꝝ. scz cōpmeos pena eēna. Propheta de pscutōne antichristi futura loquens ait.

Ne taceas dñe dico. Quoniaz inimici tui antichristi mēbra tumultuosis seditionibꝰ sonabūt ꝓdicētes doctrine tue et detrabēdo tibi. et qui oderūt te extollēt caput sibi scz antichristū q̄ tanta potestate gloriabitur vt se etiā deuz presumat dicere excelsum.

Super pplum tuū xp̄ianū malignoāio sūt cōsiliati ad pli tui depssionez et nō tantū sūt ꝓsiliati. scz etiā cogitauerūt q̄s eoꝝ peiorē sniaz possz dare. cogitauerūt dico nō tantū aduersus mediocres. sed aduersus sanctos tuos

Et exhortantes se inuicem in suo consilio Dixerunt venite et disperdam⁹ populum christianum de gente. id ē. de mundo. et non memoretur nomen israel. id est. nomen christianū vltra.

Et oñdens vnde erit eis tanta fiducia operandi malum dicit Quoniam erũt multi et vnanimes. quoniã cogitauerunt simul multi studiosi omẽs in vnã prauam nocendi voluntatẽ ꝓcordantes dispposuerunt aduersũ te pactũ firmũ vt aduna-to studio persequant sanctos tuos omẽsq; qui ab eoꝝ errore dissentiũt et dispposue-runt ad hoc homines terrena amã-tes et sanguinem sitientes. prauos impios qui per habitantes in tabernacu-lis idumeoꝝ et ismahelitarum designantur ꝑm eoꝝ interꝓtationes Prophe-ta commemorat inimicos christi sub vocabulis gentium que impugnauerunt israel iuxta interꝓtationes eorum. Moab id ẽ. homo abutẽs lege. Agar. id est. homo alienus a deo. Gebal. homo simulans humilitatem. Amon. populus turbidus furiosus. Amalech. homo lingens terram. scz fallaciter blandiẽs Philistim. qui hic dicuntur alienigene. interpretantur cadentes potione. id est. homines ebrij diuitijs et prosperitate seculi cum habitantibus tirum quod interpretatur angustia. per quod possunt intelligi possidentes et amãtes terrena propter que multum angustiãtur. iste sunt gentes que dispposuerunt iter se fedus pugnandi contra gloriam nominis tui contra sanctos tuos et ecclesiam tuam.

Et Assur qui interpretatur elatus superbus et significat dyaboluz qui veniet cũ illis malis ad persecutionem fidelium. et hi omnes operante in se diabolo. facti sũt in adiutorium filijs loth qui interpretatur declinans. id est. in adiutorium satellitibus dyaboli q̃ a veritate declinauit

Isti ita dispposuerunt contra te sed tu domine. Fac illis sicut feciſti populis illis persecutoribus populi tui israel. scz Madian et Sisare sicut iabin quos omnes miraculose debellasti ꝑ ꝓpm tuũ israel iuxta torrentem Cison

Disperierunt iuxta fontẽ Endor et facti sunt vt stercus terre. quia eoꝝ cadauera computruerunt. quia remanserũt insepulta super terram.

Pone prosterne et dispperge principes inimicoꝝ populi christiani sicut oreb et zeb et zebee et salmana q̃s etiã miraculose debellasti per gedeonem et trecẽtos viros cum eo.

Repone etiam domine omnes principes eorum. Qui dixerunt ore et ope possideamus sanctuarium dei id est. populum sanctum dei et hereditatem Deus meus pone illos vt rotam vt in infernũ celerrimo cursu deuoluantur et sicut stipulam ante faciem venti. vt sicut stipula omni vẽto circumfertur ita illi vbiq; dispergãtur.

Preterea mala sentiant in presenti in alia vero vita. Sicut ignis qui comburit siluam ex magna potentia et sicut flãma comburens montes ex ardoris vehementia. ita persequeris illos in tempestate tua. id est. in iudicio q̃ subito quasi tempestas veniet. et in die vindicte tue ostendes te eis iratum penam eternam eis inferendo.

Prophetа postq̃ petijt damnationez malorum modo petit conuersionem saluandorum dicens. Imple facies eorum. scilicet persecutorum qui preuisi sunt ad salutẽ. ignominia. id est fac eos sibi et alijs ignominiosos videri vt erubescant de peccatis. et sic querent nomen tuum domine. vt fiant christiani qui ante erant obstinati.

De malis obstinatis qui conuerti nolunt ait Erubescant de turpitudinibus suis. et conturbentur de penis duraũt. in seculum seculi et confundantur in anima et corpore et pereant eternis tormẽtis.

Vt tunc saltim cognoscant per experientiam pene inflicte. quia conuenit tibi veraciter hoc nomen dominus. id est. magnitudinem tue potentie cognoscant etiã q; tu solus altissimus super omnes terrenos qui potens es conuertis parcere et obstinatos eterna vltione damnare.

Psalmus. LXXXIII. in quo monet ad amorem eternorz.

Propheta in persona ecclesie ad supernam hierusalem peruenire cupientis ait.

Vax id est valde amabilis patria celestis. Q̄ q̄z desiderata tabernacula tua. valde p̄ciose speciose z lucidissime sē māsiones tue. o domine angelorz cōcupiscit aīa mea intrare in atria tua. et languet. pre desiderio q̄ actu nō ingredit.

Anima mea et caro mea exultauerunt de spe perueniendi ad deum viuū Etenim dñe. si passer querit sibi domū in qua pmaneat. et turtur sibi nidum q̄rit. vbi reponat pullos suos q̄nto magis homo rationis capax debet q̄rere locū vbi ppetuo quiescat qui non est alius nisi tu deus i quo solo potest quiescere cor humanū.

Nidus autem quem cōcupisco inuenire sunt Altaria tua domine virtutū māsiones sanctorum tuorum vbi iugiter tibi offerētur sacrificia laudis. rex meus qui me regis in via euntem ad illa altaria. et deus meus qui me ad hoc creasti. Nec mirum si cor meum et caro mea exultant de hoc q̄niam Beati qui habitant i domo tua celesti domine in secula seculorum laudabunt te. quia incompbēsibilis pulcritudo diuinitatis sanctis tuis presens semper erit.

Ostendit quo auxilio perueniatur ad domū dei dicens. Beatus vir spe in hac vita est. qui habet auxilium a te quia alīs non potest. cum beatitudo illa oēz excedat creatam facultatem per q̄d auxiliuz gratie tue ascensiōes disponit in corde suo virtutibus. quibus tanq̄z gradibus vtutum ad domum celestem ascendere mereatur. disponit. dico in valle lacrimarum pro peccatis. locus quem deus homini ad merendum instituit.

Etenim talibus dabit benedictionez suam xp̄us legis euangelice lator et isti ibunt de virtute in virtutem semper proficiendo in augmento gratie donec perueniant ad vitam eternam que consistit i plena visione dei sc̄ōrz suorz.

Propheta orat in plona fideliū associari beatis dicens.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam dādo mihi illas virtutes per quas ascenditur ad te vidēdum. cito percipe orationem meā o deus Jacob.

O domine de⁹ pater Protector noster aspice ad p̄ces nostras acceptando eas. et si non propter nos saltem respectu meritorz filij tui q̄ est imago tua.

Ideo o domine deus cupio peruenire i domum tuam. Quia melior est dies illa. que vna est continua et eterna cui nūq̄z succedunt tenebre in atrijs tuis in habitatione celesti super milia annorū trāseuntium.

Et vt ad illa aīa merear admitti. Elegi abiectus esse in humilitate viuere hic in ecclesia militante. q̄z diuitijs z bonorib⁹ hui⁹ seculi abundare inter peccatores.

Hoc autem ideo elegi. Quoniam misericordiam et veritatem diligit deus misericordiam peccata condonando. veritatem veraciter adimplendo q̄d pmisit sanctis suis. s. gratiam in presenti et gloriaz in futuro.

Dabit quidem veraciter seruis suis grām et gloriam. quoniam. Non priuabit bonis gratie et glorie eos qui ambulant et perseuerant in innocentia talis non potest priuari muneribus dei. qui iam hic dona beate conuersationis accepit et ideo domine deus virtutum beatus homo qui sperat in te non in rebus seculi transitorijs et caducis

Psalmus. LXXXIIII. in quo monet per fidem accedere ad xp̄m vt habeatur eius benedictio.

Propheta preuidens futura quasi preterita propter certitudinē nar

rans ait. Domine pater qui quondam maledixisti terram ppter peccatū primi hominis. modo

Enedixisti recipientes
b aduentum filij tui in fide p quez auertisti peccatum p qđ bumanum genus captiuū tenebatur a dyabolo.

Auertisti captiuitatem quia Remisisti iniquitatem plebis tue propter quaz fuerat captiua per fontem baptismatis et cooperuisti omnia peccata eorum vt amplius non veniant in conspectu tuo punienda

Vere remisisti quia o domine Omnem iram tuam qua bumano generi iratus eras mitigasti in aduentu filij tui. et ita mitigasti q auersus es ab ira indignationis tue.

Propheta quod dixerat fiendum orat vt fiat dicens o deus qui nos p filium tuum saluare disponis.

Conuerte nos ad fidem filij tui et auerte iram tuā a nobis quā babes ppter peccatū pmi bomis.

Auerte. et auertes iram tuam. quia. Nūquid in eternū irasceris nobis certe non. cum parcere et misereri sit propriuz tibi aut extendes iram tuaz per omnes generationes succedentes certe non. quia placabilis eris in generatione christi.

Non extendes iram tuam. sed Tu deus conuersus ab ira viuificabis nos spiritualiter per aduentum filij tui. et plebs tua viuificata letabitur in te secura de eterna beatitudine.

Et vt boc cito fiat Ostende nobis domine misericordiam tuam mittēdo nobis filium tuum in carne visibilē. et da nobis salutare tuū. quasi amplectēdū quasi possidendum. quasi munere eterne glorie perfruendum. da vt cum in mente nostra celesti dono recipitur. nullis tēptationibus auferatur.

Propheta quasi petitionis sue cōpos dic Audiā attente quid loquatur in me deus meus per internam reuelationez. et audiuit q loquitur pacem annunciabit mibi filium suum qui est pax nostra non ad omnes loquitur pacem sed in plebem suam scz in sanctos q dño pbabili puersatōne placuerūt.

Dico ī plebem suam. id est. Super sctōs suos et super eos omnes qui ō omni gente conuertuntur ad Christū.

Licet xp̄s pacem locutur9 sit super omnes qui conuertentur ad eum. Verūtamen prope iudeos. qui soli inter alias gentes timere dicebantur deū. quia legem eius receperant. christus nascetur et misterium redemptionis bumane p ficiet vt terra nostre promissionis banc gloriam babeat q in ea ex gente sua saluator natus sit. et pacem in omnes fuerit locutus.

Misericordia et veritas simul conuenerunt in aduentu christi. misericordia quia filius dei assumpsit carnez. veritas quia impleta ē promissio facta patribus veteris testamenti de incarnatione filij dei xp̄o p suā passionē satisfaciēte pro nobis. iusticia et pax concordiam fecerunt.

Ideo conuenerunt misericordia et veritas z iusticia et pax concordiam fecerunt. quia Veritas. id est. christus de terra orta est. id est. ex maria virgine verbum caro factum est et iusticia de celo prospexit quando bumano generi periclitanti filius dei mirabili dispensatione subuenit. vnde sequitur.

Etenim dominus dabit benignitatem. id est. gratiam inspirantem p christuz et facultas liberi arbitrij nrī aspersa illa benignitate dabit fructum suū. id ē bona opera.

Licet de9 dicat et sit benign9. Justicia tñ ante eū ābulabit parās ei viā. pma iusticia boīs ē vt puniat se malū z faciat se bonū. et ꝫ est via dei vt veniat ad eū et sit i corde ei9 ponet in via sic parata vestigia sue mutationis deus.

186

Psalmus. LXXXV. in quo monet ad orationem.

Christus ex forma serui ad patrem ait.

Nclina ad me aurem clementie tue et exaudi me vt desideria mea compleant. inclina dicto quoniã inops ab alio nõ habẽs opẽ et pauper p me sum ex pte bũamtatis loquit. q̃ ex se nihil habere potest nisi qõ largitate diuinitatis acceperit.

In Exaudi me pater Custodi aiaz meã et meoz ab omnib⁹ scandalis ptra insidiatoꝛes. quoniã sctũs sum in me et mei et sunt sanctificati in baptismo. saluum me fac q̃ ex obedientia tua formã serui accepi et meos q̃ tibi vnanimiter seruiunt deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine quoniaz ad te clamaui pseueranter et instanter letifica animã serui tui. q̃ multis amaritudinib⁹ cõtristaꝛ liberando me ab eis quoniam animã meam leuaui p deuotionẽ et ardentẽ amoꝛẽ non deoꝛsum declinaui ad terrã sed leuaui ad te vbi est vera letitia et sine fine securitas.

Ideo aniaz meã leuaui ad te Quoniam tu domine suauis es. q̃ post amaritudinẽ huiꝰ seculi dulcis es ad te recurrentibus mitis quia diu sustines peccatoꝛes et copiosus in miscõia q̃ licet sint innumerosa nrã pcã multo abũdantioꝛ est tua pietas q̃ tot relaxat offensas omnib⁹ inuocantibus te.

Ideo Auribus percipe oꝛõez meam et intende voci deprecationis mee dando effectum oꝛationis mee quam pro me et meis fundo.

Tempoꝛe tribulatõis mee clamaui ad te licet ei oĩ tpe deus sit exoꝛandus. enixi⁹ tñ in tribulatõe est inuocand⁹ quia exaudisti me p tua clemẽtia ꝓteritis temporib⁹ in alijs meis pcib⁹.

Merito clamabo ad te q̃ o dñe. Non ẽ similis tui in dijs. i. in potestatib⁹ huiꝰ seculi siue in celestib⁹ creaturis. sc̃z nec in nobilitate substantie. nec in magnitudine potẽtie nec in magnificẽtia admirabiliũ operũ tuoꝛ et generaliter nõ est qui similis sit tui ad quem clamare potuissem tu me statim liberare potes p tua voluntate.

Uere non est aliquis similis tui. quoniam Omnes gentes. i. aliqui de omni gente venient per fidẽ de cultu suo ad tuum cultũ te adoꝛantes et venerantes et glorificabunt nomen tuũ. i. gloꝛiosũ poꝛtabunt.

Uere nõ est tibi similis. Quoniam magnus es tu cui potestati nullaten⁹ valet aliq̃d cõparari q̃ nulla mutabilitate cõueꝛtit. sed sp in nature sue gl'a pseverat et faciens mirabilia tu es deus solus qui et si alij faciunt tua virtute faciunt et per te faciunt.

Oraꝛ pro membris Deduc me domine. id est. meos in viam mandatoꝛuz tuoꝛ q̃ via iusta et sancta est. et positus in ea ingrediar in veritate tua proficiendo de virtute in virtutẽ letetur coꝛ meũ de spe remunerationis semper tamẽ timeat nomen tuũ timoꝛe casto.

Quod si feceris nõ ero ingrat⁹. quoniam Confitebor tibi confessione laudis in toto coꝛde meo. et glorificabo nomen tuũ in eternum.

Quia miscõia tua magna ẽ super meos. qua maioꝛ dici nõ potest et eruisti aiam meam. i. meoꝛ. ex infernali damnatione.

Christus ex psona serui de passione loquẽs ait. O de⁹ iniqui. i. iudei. insurrexerũt super me volentes me cõprehendere et nõ solũ iniq̃ inferioꝛes. sz etiã sinagoga potentiũ iudeoꝛ quesierũt aiam meaz. vt me interficerent et non posuerũt te in conspectu suo. i. obliti sunt tui.

Ipsi ita Et tu domine de⁹ miseratoꝛ q̃ singulis creaturis miscõiam facies misericoꝛs q̃ semp pia est ipa natura diuinitatis patiens q̃ peccatoꝛes sustinet et ad votuz ꝓuersionis inuitat. et mlte misericoꝛdie q̃ peccata indulget. et veraz implendo promissa.

Respice in me hominē et miserere mei celerrima resurrectione subueniendo da potestatem iudicij mihi innocēti sup omnes creaturam et saluum fac filiuz beate marie que dixit ecce ancilla domini.

Fac mecum.i.imple in me signum Jone ppbete vt sic ille stetit in ventre ceti trib9 diebus et tribus noctibus.sic ego tantum sim in corde terre qō resurrectionis signuz erit in bonum q: pillud declarabitur virtus tua. spes credētium confirmabitur et iudei qui me oderunt videntes me resurgere confundentur intelligentes se male egisse.et quoniam tu domine adiuuisti me in certamine et consolatus es me resuscitando me a mortuis.

Psalmus.LXXXVI.in quo monet toto corde aspirare ad celestez hierusalem.

Propheta in laudem ecclie prorumpens sub nomine ciuitatis cōmendat eum primo a fundamētis dicens.

Fundamenta ei9 scz ecclesie in montibus sanctis scz prophetis et apostolis qui post christum qui est pncipale fundamentum.fundauerūt ecclesiam in fide xpi qui apostoli dicuntur etiam montes propter altitudinem virtutū. Secundo cōmendat ecclesiam a portis scz sacramentis ecclesie dicēs.diligit dominus portas sion.id est.ecclesie sacramenta.super omnia figuratiua et cerimonialia cultus veteris testamenti. Tertio commendat ecclesiam a celebritate fame dicens Gloriosa dicta sunt per pphetas nō de illa figurali q̄ cecidit sed de te ciuitas dī

Quarto cōmendat eam a multitudine ciuiū cum in psona christi ait.

Memor ero non tantū populi iudeorū sed omniū gentiuz p Raab et Babilon designatarū vt euocent ad me et p mediātibus scientibus me.i.apostolis quibus pceptū fuit cūctis gentib9 pdicare.

Quor pdicatone conuersi sunt gētes. Tirus scz et populus ethiopum.horum multi fuerunt recepti in ecclia in christum credentes ex quib9 ipa ciuitas dei est constructa.

Nunquid synagoge poterit p gloriosum pluaderi q: homo natus est i ea qui saluabit eā et ipse idem est qui fundauit eam in quantum deus qui est altissimus.

Certe sic persuaderi potest et tanq̄z verissimū pdicari.quoniam Dominus q̄ mentiri nō potest.narrauit in scripturis.pphetarum que credite sūt populo iudeorum q: xps verus deus erat z verus homo boc etiam narrauit in scpturis apostolorum qui principes ecclesiarum fuerūt.

Quinto cōmendat eam propheta a beatitudine supna incōprehensibili ad quam sumenda est post iudicium

O sion superna.Omnes qui in te habitant iocundi sunt et vere letātur quia gaudium et leticia inuenientur in te vbi felicitas perfecta.et iocunditas cōsummata.

Psalmus.LXXXVII.

Christ9 ex forma serui ad patrez orans ait.

Domine deus auctor salutis mee.id est.immunitatis mee a peccato omni tempore clamaui coram te.id est attente et perseueranter.

Et quia ita clamaui Sit accepta conspectui tuo oratio mea et a te sit exaudita per effectum.

Opus est vt me exaudias Quoniaz repleta est anima malis.i.doloruz9.anxietatibus.vñ ipe dicit.tristis est aīa mea vsqz ad mortem.et aīa mea in inferno appropinquauit.dū trador ad mortem.

Estimatus sum cum descendentibus in lacum.inferni.putauerunt enim iudei me peccatorem vnū de illis qui neces

sario et inuiti descendūt in pfundū inferni
estimatus sum etiā ab eis sicut hō
simpliciter sine adiutorio cuz tñ iter
mortuos essem liber a coactione z liber
ab omni peccato.

Estimatus etiam sum ab eis Sicut alij
vulnerati dormientes somno mortis
in sepulcris. quoz nō est memoria
amplius vt ad bonū resurgant et ipsi q̄
talem me existimauerunt repulsi sunt
o deus a protectōne tua q̄ me sine adiu
torio tuo esse putauerūt.

Posuerunt me reputatione sua in la
cu inferiori putauerūt enī me dignuz q̄
in talem deberem descendere locū. et in te
nebris et vmbra mortis. i. in tenebris
obliuionis derelictū quez nemo requireret
nemo saluaret estimauerūt me posuisse.

Arbitrati sunt iudei q̄ Super me cōfir
matus esset furor tuus credētes q̄ ex
ira tua ad passionis pericula peruenissem.
et amplissimas indignationes tuas
putant te induxisse super me cū me p̄
tuleris crucifigi.

Quomodo aūt amici ei⁹ in passione sua se
habuerunt dicit. Longe fecisti eos qui
bus notus eram. scz discipulos q̄ me re
licto fugerūt posuerūt iudei me abo
minatōnem sibi ita vt nomen meū nol
lent audire.

Traditus sum a proditore discipl'o et
non egrediebar ad vindictā. ostēdendo
potentiam diuinitatis mee. et oculi mei
id est. apostoli infirmati sunt ita vt pe
trus negaret et alij fugerent. et p̄ inopia
veri luminis et intelligentie scp̄turaz sacra
rū. q̄ dicebant oportere pati xp̄m et resur
gere a mortuis.

Clamaui ad te domine in cruce be
ly bely et cetera sic tradidi spiritum opera
tiones aūt meas expandi p caritatez
ad te ad tuam semper referendo volun
tatem.

Ostendit quibus non prosunt opera sua
dicens. Nunquid mortuis corde z ob
stinatis in malo facies mirabilia certe
non qz credere nolunt aut medici susci
tabunt mortuos et illi cōfitebūtur ti
bi. p̄fessione laudis. certe non.

Nunquid narrabit aliquis. q̄z diu aīa
sua mortua peccatis iacet in sepulchro
corporis sui misc̄diam tuam q̄ relaxāt
peccata. certe non. et veritatem tuam
narrabit qui inter perditos computa
tur.

Nunquid cognoscentur in tene
bris mirabilia tua. i. peccatorib⁹ obsti
natis tenebris ignorantie et erroz obtene
bratis. certe non. impediente p̄ eorum ma
licia. p̄ termittentes enī deū sapientie lumi
na p̄diderunt. et iusticia tua non cole
tur per reprobos homines. qui ini
quitatuz suarum merito obliti sunt
deum.

Et ego ad te clamaui qui potens es
mortuos resuscitare. mane oratio mea
preueniet te. qz matutina resurrectione
me clarificabis.

Ut quid domine repellis orationē
meam. auertis faciem tuam a me.
vt transeat calix iste.

Ego protui obedientia a tēpe carnis assū
pte Pauper sum et in laborib⁹ a iu
uentute mea exaltatus in cruce humi
liatus in sepulcro. et conturbatus in
morte.

In me transierūt afflictiōes tue
quas tua voluntate non mea culpa patior
transierūt dico. non pstiterunt et terro
res indignationis tue contra humā
nū genus conturbauerunt infirmitatē
carnis mee quoniaz ex obedientia tua lan
guores eoz ego tuli. et dolores eorum ego
portaui.

Circūdederunt me iudei inundantia
grauiū p̄secutionū. circūdederunt me
simul pharisei cum sacerdotib⁹ Pilatus
cū p̄ncipibus et populis.

Elōgasti a me amicū cetū apostoloz
et proximū qui mihi aliquaz faceret mi
sericordiaz et notos meos a miseria
mea ita vt null⁹ auxiliū ferre mihi posset.

Psalm⁹. LXXXVIII. in quo mo

net vt ſpem nō in nobis ſed in deo ponamus.

Vox prophete.

Miſericordias domini in eternuz cantabo eas ſcz quibus homines peccato mortuum viſitare dignatus eſt per filiū ſuū

Ipropheta.miſericordias domini cantabo de reparatione humani generis. que eterna ſtabilitate conſiſtūt et perpetuis fūt celebrande p̄conijs. fecit enim mirabilē in humano genere pietatem vt qō perierat requireret et vulnerata ſanaret.

In generatione iudeoz et ī generatione gentium annunciabo completionem promiſſionum ſuarū in ore meo in q̄ fit p̄feſſio ad ſalutem.

Cantabo ſecurus miſericordias Quoniam tu dixiſti mihi per reuelationez ſpiritusſancti q̄ in eternum miſericordia edificabitur remiſſio peccatoz edificatur dum corruerunt vicia et plantabūtur virtutes. iſta miſericordia nunq̄z deſtruit ſed ſemper viget ſemper augetur. per apoſtolos qui celi dicuntur veritas tua predicabitur et exponetur.

Itez dixiſti Diſpoſui ordinaui pactū non cum omnibus. ſed cum electis meis euangelicis vt acquiſitos per gratiam dei populos vel doceant vel informent. iuraui chriſto qui ex ſemine dauid carnez aſſumpſit vſq̄z in eternuz preparabo ſemen tuum imitatores tue iuſticie preparabo ad eternam et ſemper manſuram felicitatem.

Et continuabo regnum tuū quo regas in populo fidelium in omnez generationem futuram.

Et ſicut dixiſti ita complebitur. vnde Confitebuntur celi. id eſt. apoſtoli mirabilia tua que preparaſti in redemptione humani generis. ſanando omnes infirmos et veritatem tuaz. id eſt. adimpletionem promiſſionum tuarum in eccleſia ſanctoz in qua ſola ſacramenta fidei prophetarum archana cum deuotione ſuſcipiuntur et eorum veritas amatur et colitur.

Securus te laudabo Quoniā quis in prophetis qui nubes dicūtur aut de numero alioz ſanctoz equabitur in potentia domino nullus autez ſimilis erit domino in ſubſtantia in filijs dei ſcz in angelis et alijs ſanctis viris. qui ſunt filij dei per adoptionē. nullus profecto vnigenito filio dei poteſt per equalitatem aſſimilari. quoniam ille in omnibus ad perfectionem p̄tinentibus in infinitū excellētioz eſt vniuerſis.

Vere nullus equabitur dño quoniam ipſe eſt deus Qui cum patre et ſpū ſancto glorificatur a ſanctorum angelorū collegio magnus potentia. cuius magnitudinis non eſt finis terribilis. id eſt. metuendus propter iudicium quod facturus eſt. ipſe dico exiſtens. ſuper omnes qui in circuitu eius ei aſſiſtunt excellus et reuerendus p quem oēs cognoſcūt eē glorioſi. vnde ſequitur.

Domine deus virtutum celeſtiuz quis ſimilis tui nullus vtiqz tu enī potens es ex te ſolo. nec aliquis habet potētiam niſi per te et claritas tue lucis expanſa eſt ſuper omnes qui in circuitu tuo ſunt qui omnes tua veritate illuminantur.

Vere tu potens es. quia Tu dominaris poteſtati maris et cetera non tantū ad litteram. ſed etiam dominaris poteſtati huius ſeculi quod dz mare. et procellas ſeditionum et perſecutionum quibus ſeuiunt in ſeruos tuos tu mitigas ne tātum poſſint graſſari quantū volunt. licz nō prorſus ſemper auferas. ſed relinquas p parte ad ſeruoz probationem.

In ℟ etiam apparet tua potentia deus q̄ humiliaſti deieciſti de celo in hanc aeriſ denſiſſimam graſſitatem diabolum qui ſingulariter ſuperbus eſt ſicut vulneratum. vulneratus quidem fuit quādo ſplē dore dignitatis qua prius nituit priuatus

de celo corruit et hoc in brachio virtutis tue in quo dispersi sunt iudei i omnes gentes.

Bene autem hec omnia facere potuisti quoniam.

Tui sunt celi et tua est terra vniuersa.orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti. aquilonez et mare tu creasti.per aquilonem qui frigid⁹ ventus est intelligitur dyabolus qui dixit. ponam sedem meam ab aquilone et ero similis altissimo.et per mare iniquas potestates que ꝓtra dñi mandata sacrilegis voluntatibus eriguntur.

Et quia ita potēs es Thabor et hermon qui sunt montes syrie.id est.duo populi designati per eos scilicet populus iudeorum.ad quos primo venit lumen diuine cognitionis.quod interpretatur thabor et populus gentiū qui primo erant in anathemate.quod interpretatur hermon.erāt alieni et separati a te conuersi ad te exultabunt in nomine tuo gaudentes q̄ ab eo dicuntur christiani. quia tuum brachiū q̄ humiliasti superbū. cū potentia semper est et erit.

Quare oro Firmetur manus tua contra superbos et exaltetur dextera maiestatis tue ad humiliandum eos.r commendans x̄pum a iusticia dicit sedes tua apparebit in iudicio parata ad faciēdum iusticiam et iudicium ad iuste iudicandum cū manifeste separabunt oues ab hedis

Uerūtamen antequā facias iudicium. Precedent faciem tuam misericordia qua deles peccata.et veritas qua imples promissa beatus popul⁹ qui omnem immensam leticiam suā non in propriis virib⁹ sed in dei cognoscitur posuisse virtute.

Bene beatus est quoniam tales ambulabunt In illuminatione filij tui qui tuus dicitur vultus.quia per eum ipse cognoscetis.et exultabunt assidue christiano nomīe exaltabuntur in tua iusticia.quoniam obtinebunt regnum celeste per iusticiam quam tu eis dedisti.

Bene dicitur in iusticia tua exaltabunt Quoniam gloria virtutis eorum tues.id est.tibi non sibi virtutem suam ascribunt et te inde reputant gloriosum vnde tibi dicunt in beneplacito filio tuo sup quem bene tibi complacuit.exaltabitur. id est.excrescet fortitudo et virtus nostra.

Et hoc ideo.quia Dominus assumpsit carnem nostram domin⁹ scz qui sanctificator est israel et rex noster in eternum.

Unde scis hec predicta.quia

Tunc temporis assumpte carnis locutus es per reuelationē sanctis tuis sicut zacharie et symeoni et anne prophetisse consolationem israbel et dixisti posui adiutorium hominum super filium potentem cuius potentia est insuperabilis quem tuis fidelibus adiutorium cōstituisti et ipsum natum de plebe mea iudaica exaltaui vsqz ad dexteram meaz sublimando.

Dixisti etiam hoc Inueni elegi christum de semine Dauid natum manu fortem seruum obedientem in quo salutem humani generis perficerem. et ideo oleo sancto .id est.spiritu sancto vnxi eum.

Ideo potens.quia Uerbum diuinū humanitati vnitum auxiliabitur et consolabitur Christo homini in omnibus operibus suis et passionib⁹ et idez verbum confirmabit eum cōtra aduersa vt quam pro salute mundi prius redemptor suscepera.t.propositam perageret passionem.

Quousqz confirmabit.q̄ Nihil proficiet dyabolus proteruus humanitatis inimicus contra eum.et filius iniquitatis Judas scilicet nō valebit nocere ei quia licet iudas nocere et presumpserit.nullus tamen eorum peccatū quod iuste accusare potuissent inuenit in eo

Et ideo

Concidam a facie ipsius inimicos eius scilicet iudeos qui sepe a domino confusi discedebant a conspectu dei. et dyabolos odientes eum in fugaz cõuertam qui coram eo sepe fugiebant clamantes cur venisti ante tempus torquere nos.

Et veritas mea et misericordia mea cum ipso nihil enim diuisum est inter patrez et filium. virtutes enim quas habet pater habet et filius. Veritas enim pertinet ad iudiciũ. quo iudicaturus est mundum. misericordia ad pietatem qua peccata dimittit et in nomie meo, quod est deus exaltabitur fortitudo eius

Et ponam in gentibus que p mare significantur potestatem et dominationem eius. in vniuerso orbe dilatabo et in principibus quorum cura fluit in populum sicut flumina in mare potẽtiã eius quod tunc posuit quando ei plures p̃cipes terre reges et imperatores per fidem subdidit.

Et boc ideo. quia

Ipse inuocauit me dicens. pater meus es tu. ꝑm q deus et deus me⁹ ꝑm q homo. et susceptor mei ad salutem.

Ipse inuocauit me pater meus es tu. et ego primogenitum constituam illum. excelsum pre regibus terre. quia ipse rex regum et dominꝰ dominantium.

Quia potestas data christo non est tẽporalis subdit.

In eternum seruabo illi misericordiam meam gratiam meam nihil reuocando ex bis que dedi illi. et fideliter adimplebo in eo cuncta que illi promisi.

Et ponam in seculũ seculi semen eius spirituale. populum scz christianum qui illum imitatur qui semper durabit et thronum. id est. potestatem iudiciariam sicut dies celi. id est. perpetuam ẽ imortalem.

Et boc dicit Si autem illi qui debent esse filij eius. id est. christi dereliquerint. id est. nulla ratione voluerint suscipere legem meam. et si illi qui debent esse filij non ambulauerint in vijs meis.

Si iusticias meas prophanauerint aliquo errore aut mendacio. et mandata mea nõ custodierint.

Non exterminabo eos totaliter vtendo austeritate iudicis. sed Visitabo in virga aliqua afflictione temporali zelo patere correctionis iniquitates eorum. et in verberibus peccata eorum. vt corrigam et erudiam vt conuertantur.

Misericordiam autem meã non dispergam ab eo. scilicet christo nec mẽbris eius. peniteant peccatores et nullꝰ desperet. nec nocebo in veritate mea. q nolo mortem peccatoris. sed vt conuertatur et viuat.

Non nocebo nec etiam prophanabo non violabo pactum meum quod pepigi cum patribus antiquis. nec promissiones meas sꝛ rerum fides bonorabiles facias et que locutus sum per prophetas meos qui sunt labia mea nõ faciaz irrita. sed implebo.

Non faciam irrita que locutus sum. quoniam

Immutabiliter iurani in me sancto et non mentiar Christo eius populus christianus in eternum manebit.

Et thronus eiꝰ. i. populus fidelis in q̃ insidet quiescit ẽ iudicat quantũ ad aias erit. sicut sol ẽ quantum ad corpora post resurrectionem erit sicut luna perfecta tota lucida nullã obscuritatem habẽs. ẽ bius gloríe sanctorũ testis fidelis est ip̃e x̃pus in celo. cuius caro resurrexit gloriosa. cuius glorie claritati conformes futuri sunt omnes sancti.

Vox apostolorum ad patrem quasi exprobrantium ei.

Tu qui promittebas et confirmabas iuramento que promisisti ista fecisti. quid ē hoc iurasti semen christi in eternum duraturum et nunc repulisti. id est. videris repulisse vsqz ad patibulum christum tuū et despectum dedisti et distulisti eū a gloria tradēdo inimicis. et sic videtur qđ promisisti nō sit in illo implendū

Auertisti. i. videris auertisse pactum serui tui per quod promiseras nos secuz regnare prophanasse etiam videris sanctuarium tuum promiseras ei q̄ñ dares sanctū tuū videre corruptionē z iam sepulcro tegit ur.

Destruxisse etiam videris omēs sepes eius verba legis et prophetaz qui bus munieras eum posuisti nos. aplos q̄ cum eo ambulabamus cum doceret turbas formidinē ita vt in sua captōne suggeremus ab eo.

Diripuerunt eum omnes trāseuntes viam. factus est opprobrium vicinis suis. iudeis ac p̄cipibus sacerdotum qui dicebant vab qui destruis tēpluz domini. ꝛc.

Exaltasti dexteram potentiam deprimentium eum et in hac letificasti omnes inimicos eius et membrorum eius.

Auertisse etiam videris adiutorium gladij spiritus eius quia non profecit in iudeis sermo predicatōnis eius et non es ei auxiliatus in cōflictu passionis.

Destruxisti eū ab emūdatiōe q̄ videtur nihil profuisse passio eius. Unde ppter ista multi nō receperunt fidem ei9. z aliqui a fide recepta ceciderūt. qua tñ purificātur et emundant corda credentium et illos i quib9 ipse christus sedere et quiescere videbatur collisisti ad terram in obitu eius.

Minorasti dies tēporis ei9. q̄ cito ꝺ vita abstuliste. et perfudisti eū confusione mortis.

Vox ecclesie succedentis apostolis

Usquequo domine auertis oculos tuos a salute xp̄i. nūqđ vsqz in finem et exardescet sicut ignis ira tua. nō dñe sed pot9 memorare q9 nulla est vite mee substantia nisi in eū quez prestolor reuerti de morte. nunquid vane ad ē. frustra cōstituisti filios hominū. certe ñ. sed in spe resurrectionis et supne beatitudinis collocasti. quanto ergo magis filiū tuū resuscitare debes.

Ideo dico tibi memorare quoniam alius non est qui adiuuare posset. nam

Quis est homo qui viuit et non experietur mortem. et eruet animā suam de potestate inferi. certe nemo nisi ille solus qui habet vite mortisqz imperium.

Propterea. Ubi sunt miscōie tue antique domine patrib9 olim facte. misericordie dico cōplende sicut iurasti dauid in veritate tua. sicut q̄ semen eius in eternum manebit si christus non resuscitatur.

Non differas ergo domine resurrectionem Christi.

Memor esto opprobrij illati seruis tuis ab infidelib9 multarum gentū exprobrantibus q̄ in mortuum hominem et crucifixum crederent quod continui patienter in mente mea sine murmuratione.

Opprobrij Quod exprobrauerunt tibi inimici tui scilz iudei et pagani. memor esto ad ℞ q̄ impunitum nō derelinq̄s hoc exprobrauerūt q9 imputabant fidelib9 tuis cōmutationem christi scz q̄ boies solū adorabāt boiem crucifixū et boiem q̄ omino periisset.

Sed propheta inq̄t. exprobratio ista tēporalis est. et hominū insipientū. sed Dominus est in eternū benedictus qđ omnes sancti clamant et confirmant dicētes. amen amen.

Psalmus. LXXXIX. in quo monet ad contemptuz veteris et ad amorem noue vite.

Propheta in persona ecclesie.

Domine refugium

factus es nobis. ad quem in omni periculo inter angustias et pressuras hui⁹ seculi fugientes securitatem inuenim⁹. et ℟ a generatione ꝓma iustoꝝ vsq; ad nouissimam.

Et licet ex tempore facti⁹ sis nobis refugium tñ ꝓus es Antequã montes fierẽt. idẽ. angelice creature aut terra quã videm⁹ formaretur et orbis. i. ipm firmamentũ cũ omnibus q̃ ꝓtinet ab eterno et in eternum semper vere es et immutabilis.

Bñe cũ sis refugiũ Ne ꝓicias hominem in hui⁹ mundi cõcupiscentias et ambitionẽ terrenoꝝ q̃ apud te dominũ abiecta sũt ⁊ ꝓtemptibilia ℣ subleuet eũ tua miscõia tu enĩ dixisti ꝓra ppbarũ cõuertimini filij hoĩm ad me. ⁊ ego sanabo ꝓtritões vrãs.

Opus est dñe ad te ꝙuerti cũ nõ sit ꝓfidendum i longa vita Quoniã omne tempus quãtũcũq; longum eternitati tue cõparatũ nihil est. vnde sequit

Et sicut custodia. i. vigilia in nocte triũ aut quattuor horarũ sic sunt ãni nostri qui apud deum nullius momenti reputantur.

Luat homo qõ meruit. q̃ Sicut herba mutatus. a qualitate quã habet in nocte in deteriorẽ mane orto sole ita mutat bõ in deteri⁹. vnde mane. i. infantia cito trã sit ad aliã qualitatẽ. Item q̃ mane. id est. in iuuentute floreat q̃ vespere decidat per mortem q̃ induretur in cadauer et arescat in puluerem.

Propheta assignat causam huius defectus dicens.

In hunc defectum passibilitatis et mortalitatis cecidimus Quia subiicimur ire tue. vindicte tue quaꝝ nobis inflixisti ꝓ peccato ꝓmoꝝ parentũ in cui⁹ sententie executione cũ recordamur turbati sumus mortis timore.

Defecimus iuste quidẽ q̃ peccauim⁹ ⁊ tu Posuisti iniquitates nostras vitam nostrã prauã in cõspectu tuo ad punidum seculum. i. tot⁹ decursus vite nostre totus patet oculis tuis nec te potest latere.

Bene dico q̃ posuisti iniq̃tates nrãs in cõspectu tuo Quoniam omẽs dies nri abbreuiati sunt et quasi defecerunt. quia ad paucitatem redacti sunt ꝓpter peccatum. et ita in ira tua vita nostra abbreuiata est plena miseria ⁊ laboribus defecit.

Ecce quomodo defecit. quia Homines viuentes in annis nostris reputabũtur inanes et inutiles sicut aranea. quia sicut illa inane et vile facit opus vt vilem capiat predam. scilicet muscam et in hoc totam se euiscerat. similiter homines inania faciunt et multos labores consumũt ad hoc q̃ adipiscantur ista temporalia. honores. diuitias. que inania sunt et caduca cito transeuntia. et in hoc viscera sua consumunt quia aliquando corpus ⁊ animam perdunt. et dies hominis ita breues sunt vt de cõmuni cursu. cõputãtur in eis septuaginta.

Si autem in bene complexionatis q̃ vires et potentias corporis habuerint bonas octuaginta anni in conuenienti statu complecti fuerint si amplius vixerint labor et dolor cum senectus sit ipe morbus et quidam languor. vñ sequit.

Quoniam superuenit debilitas ⁊ nature grauitas que ex misericordia dei nobis euenit. tum vt non diu laboremus infirmitatibus et doloribus. tum vt corripiamur ab insolentijs nostris abstinentes.

Quis nouit quis intelligere potest. efficaciam ire tue quã exerces in bis q̃ bus bic parcis et iram tuã distiguere quia bis parcit ad penam. bos punit ad salutem. et ℟ nõ possum⁹ distinguere pre timore horore enim pcutimur loquendo de ira tua.

Propheta orãs p liberatõe ait ad patrem Filium tuum per quem liberationẽ hu

mani generis perficere disposuisti. sic no
tum fac vt eius exemplo et doctrina di
scant tui magis appetere celestia q̃z terrena
eterna q̃z caduca. et sic fac notos ap̃los tu
os eruditos corde et sapientia cele
sti p q̃s totu orbi notũ faciat filiũ tuũ.

O dñe qui videris faciẽ tuã auertere a no
bis Conuertere aliquantulũ oculos
misẽdie tue. nos respiciẽdo et mitigãdo tri
bulationez nostrã. et deprecabilis esto
super seruos tuos preces eorum exau
diendo.

Propheta ostendens se exauditũ quo ad
statũ futurum ait. Replebimur in eter
nitate misericordia tua. exultabim⁹
in laude tua et delectabimur omni
bus diebus nostris. in te sũma dulce
do in eternum.

Quantum ad statum presentem dicit.
Letati sumus in diebus malignis qui
bus nos humiliasti q̃a dedisti nobis
potentiã et leticiã in tribulatõne et in an
nis quibus experti sumus angusti
as et aduersitates

Propheta orans vt deus parcat iudeis
peccantibus et si non pro meritis saltẽ pro
pter opera que in eis fecit ait. Respice
in seruos tuos. tui enĩ sunt licet peccato
res et in opera tua que fecisti in eis. et
dirige filios eorũ vt si ip̃i ppter iniqui
tatem suam dispersi sunt. saltem filij in fine
conuersi ad veniã puenire mereanť.
Et sit splendor gratie domini nostri
super nos mentes nostras illuminans
et opera manuũ nostrarum dirige
super nos. vt crescant et dirigant ad cele
stia et opus manuũ nostrarũ ad vnũ
finem qui deus est dirige

Psalm⁹. XC. in quo monet ex
emplo christi tẽptatiões superare.
Vox prophete.

Qui habitat in ad
iutorio altissimi totam spem
suã ponens in eo qui altissimus
est. protegetur in omnibus ab eo vt
nec illecebra male blandientis voluptatis
capiatur. nec timore aduersitatis frangat.
Dicet deo vir deuotus recognoscens p
tectionis beneficiũ. susceptor mei infir
mi ad curandũ es tu. et refugiũ meũ
fugientis a facie inimicorum meorum et semper
quia deus meus est sperabo in eum
q̃z nũq̃z in aliq̃ de me ꝑsumã sz sp ad deum
in omi necessitate recurram.
Et hoc merito sperabo Quoniam ipse
liberauit me iam de fraudibus et do
losis captionibus demonũ qui aias
hominũ laqueis insidiaruz captare desi
rant et liberauit a temptatione que
fit per verba aspera puta per malorũ
insultationem vel per detractõnes propter
quas q̃nq̃z q̃s diuertit a via dei
Protegat autem te qui speras in domino
sic q̃ Scapulis suis. id est. paterna vir
te sua obumbrabit tibi. ne temptatõis
estus te exurat. et tanq̃z gallina sub alis
suis proteget te ne ab accipitre rapiaris. se
curus ergo sub pennis eius spera
bis.
Scuto misẽdie circũdabit te veritas
eius que nũq̃z deficit i promissis ne ab ar
dentibus dyaboli sagittis ledaris. et q̃a cir
cũdabit te non timebis a dyabolo q̃
in tenebris semp est. et d̃ nocte tãq̃z occult⁹
predo hoies inuadere solet.
Non timebis insupa leui z manifesta tem
ptatõne que fit scientibus. que dicitur Sa
gitta volans in die non timebis a tem
ptatione graui et occulta que dicitur ne
gocium perambulans in tenebris
et a temptatõe graui et aperta q̃ d̃ demo
niũ meridianũ. q̃ tunc viget estus ma
lorũ temptationis.
Ille qui habitat in adiutorio altissimi non
timebit ab aliquo genere temptationis sed
o christe Ille. i. infiniti qui ꝑsumũt se fu
turos in latere tuo tecũ sessuros ad iudicã
dum cũ apostolis et alijs viris ꝑfectis ca
dent a latere tuo. i. non deputabuntur
cũ illis qui consiliarij et iudices tecũ erunt

et decem milia.id est.infiniti qui presumunt se ponendos a dextris.id est.inter saluatos.cadent a dextris tuis.qz a sinistris ponentur.

Mille dicit a latere cadere z plures a dextris qz plures sūt illi q̄ p̄sumūt se saluādos q̄z q̄ p̄sumūt se cū xp̄o iudicaturos.

Ad te aūt in mēbris veris cū quib⁹ vnuz es nullū taliū aliquo modo appropinquabit qz et si carnē aliqua illaruz tēptationū affligat fidē nō tñ ledet.

Et licet impij te p̄mittente tuos p̄sequant.

Verūtamen non impune quia oculis tue discretionis considerabis maluz quod voluerūt inferre et retributionē debite damnationis vt eis retribuas.

Ideo ego temptationes p̄dictas nō timeo

Quoniam tu es spes mea in te nō in homine p̄fido. in te bene debeo sperare q̄a altissimū posuisti refugiū tuū in quo solo securitas potest inueniri qz ipe altissimus.vnde sequitur.

Non accedet ad tuos malū quia altissimū posuisti refugiū tuū.et flagellū non appropinquabit tabernaculo tuo scz aie fideli in te speranti. qz altissimuz posuisti refugiū tuū.

Et hoc ideo qz sperāti in te auxiliū diuinū p̄mittitur.Angelis inquit.i.nūcijs suis mandauit de⁹ pater ō te o vir iuste vt custodiant te in omnibus actionibus tuis.

Angeli ministerio suo dirigēt te in via.ne forte pecces in christo

